

JACOBI GRETSERI
SOCIETATIS IESU THEOLOGI

Parænesis

AD OMNES IN-
CORRVPTÆ CON-
FESSIONIS AVGVSTA-
NÆ ACADEMICOS

DISPICIANT, AN NON IOAN-
NES FORSTERSVS, VVITEBERGENSIS PRO-
fessor, spiritum Sacramentarium sub pectore
conclusum gerat.

CONTINET HÆC PARÆNESIS RESPON-
sum ad Orationem Doctōralem FORSTERI con-
tra Lutherum Academicum, & ad imaginari-
am Suppetiarum profligationem.

AD
ILLVSTREM ATQVE GENEROSVM DO-
MINVM ANDREAM FIRLEY, &c.

Ex legato



M. Cocini

ANNO

M. DC. XIII.



INGOLSTADII,

Ex Typographico ANDRÆ ANGERMARI.

Sumptibus Ioannis Hertsfroj Bibliopole Monacensis.

THE UNIVERSITY OF CHICAGO
LIBRARY

100 EAST 57TH STREET
CHICAGO, ILL. 60637

UNIVERSITY OF CHICAGO PRESS



JLLVSTRIATQVE
 GENEROSO DOMINO
 ANDREÆ FIRLEY, PERILLV-
 STRIS ET MAGNIFICI DOMINI.

DOMINI IOANNIS FIRLEY DE
 Dambrouica, Capitanei Lubli-
 nensis, &c. Filio.

JACOBVS GRETSERVS

SOCIETATIS IESV.



Riennium agitur, Illustris atq;
 Generose Domino, cum euul-
 gaui librum, cui *Luthero Aca-*
demico titulum feci: in quo co-
 piose ex ipsius Lutheri operibus demon-
 strauit, quam omnium disciplinarū, quæ in
 Academiis doceri & disci solent; Hæresiar-
 cha ille peritus fuerit; quantusque omni-
 um defensor, patronus ac propugnator.
 Nescio autem, quā seu obliuione seu iniu-
 riā meā acciderit, vt lectori nullum gustum
 præberem eius eruditionis, quā Lutherus
 in Meteorologia plurimum excelluit, cu-

ius luculentissima specimina pluribus Tomorum suorum locis edidit. Generale, cui omnia alia inædificata sunt, est illud, quod exstat in Commentario super nonum Caput Geneseos; vbi de libris Meteorologicis Aristotelis loquens, ita scribit: *Ego nulli unquam libro minus credidi, quam illi de Meteoris: quia, hoc fundamento nititur, quasi omnia ex naturalibus causis oriuntur.*

Summum ergo Meteorologum oportet fuisse Lutherum, qui plus fidei habuit Æsopo, plus Luciano, plus Apuleio, plus aliis vaniloquis fabulatoribus, quam libris de Meteoris: aperte enim & exserte dicit; *se NVLLI VNQVAM libro minus credidisse, quam illi de Meteoris.* Id, vt constanter, firmiterque nobis persuadeamus, facile impetrat spissa incitia, & ridicula stultitia, quam loco antea nominato eruditis spectandam exhibuit. Reiectis namque omnibus, quæ Aristoteles, & alij de sublimium causa tradiderunt, ipse ex suo tripode, noua nobis dogmata funditat. *Vna firma & certissima demonstratio est,* inquit Lutherus, *quod omnes illæ impressiones, ut vocant, sint*

DEDICATORIA.

sint opera DEI, vel etiam Damonum. Et quidem, si *opera DEI* appellaret generatim, eo more & modo, quo etiam illa, quæ virtute causarum naturalium efficiuntur, *opera DEI*, nominare solemus, non esset, cur Luthero litem intenderemus. At alia Luthero mensest, alius sensus, quanquam sine sensu: nam *opera DEI* vocat, quod à solo *DEO* fiant, non à natura, causisue naturalibus, vt Philosophorum schola cum Aristotele tradit.

Si perconteris, quænam à solo *DEO* fiant; & quæ à solis dæmonibus? Expeditum habes à Luthero responsum; nempe, Iridem & Cometam à solo *DEO* procreari; Ad alia meteora quod attinet; *Ego non dubito*, inquit; *saltantes capras, volantes dracones, lanceas, & similia, esse effectus malorum spirituum in aëre sic ludentium, vt aut terreant, aut decipiant homines.* En firmam & certissimam demonstrationem, quam nobis Lutherus pollicebatur: *Ego*, inquit, *non dubito.* Quis igitur dubitet, Luthero non dubitante? Quis Aristoteli, & yniuerso Peripatetico Gymnasio è vestigio multam salutem

non dicat; quando Lutherus vociferatur: *Ego non dubito? Vel; Hæc omnia certum est, esse ludibria demonum in aëre. O infolitas, sed extra Lutheri scholam, demonstrationes. Nam intra, non est, cur aliam, aut alias expectes, quam, in nuda asseueratione positas; & his, olim Pythagoricis, nunc: Islebicis verbis circumscriptas; αὐτὸς εἶπα, Ipse dixit, & demonstratum est.*

Ne tamen in Lutherum iniuriosus videamur, en tibi argumentulum. *Fieri potest, ut sit nubes, qualem Aristoteles ad Iridis effectionem deponit; & tamen nulla Iris existat; Igitur Iris fit à solo DEO.*

Adde & hoc; *Iris est argumentum non futuri amplius diluuij, ut testantur diuina oracula; non ergo nascitur ad eum modum, quem Aristoteles commentus est.*

Verùm has stipulas dispellere, exiguus labor est. Negamus enim, Iridem non generari, positâ nube, qualem describit Aristoteles; si Sol, causa effectrix, adsit eo situ & positu, quem Peripatetica sententia requirit.

Ad alterum delirium respondeo: *DEVM Iridem, seu arcum cælestem, naturaliter genera-*

nerari cōsuetam, assumpsisse pro signo fœderis sui inter se, & genus humanum. Nam vt homines hederam vsurpant, pro mercis vendibilis indicio; ita DEVS, sui pacti monumentum iussit esse Iridem, rem naturalem. Quod enim Lutherus arbitratur, ante diluuium nullam extitisse iridem, id ei tunc assentiemur, cum ostenderit, à conditu Orbis, vsque ad eluuiōem Noëtica nullâ vnquam pluuiā terram irrigatam; neque solem, aut nubem vllam eâ vnquam positurâ fuisse, quâ post diluuium datâ, Arcus ætherius certissimò efformatur. Non ignoro, ex prisca repertos, qui iridem inundatione illa Noëtica priorem abnuerint: sed hi, & pauci fuere & obscuri, & quod in illis opinionem iure vocamus; quia, vel auctoritatem, vel rationem, qualem qualem, sequi videbantur, id in Luthero, non iniuriâ, delirationis encomio insigniemus: quandoquidem iste, præter fanatici sui cerebri mira modis miris volitantia simulacra, nullum alium ducē habet: neq; vllum vnquâ eo insipienti processisse opinor, vt Iridis generationē vires naturæ transcendere assereret.

ret.

ret. Luthero hæc laus stoliditatis debebatur.

Qui, quòd ait; se VVitebergæ vidisse, *Iridem circulariter rotundam, & vñdique clausam*; id; si augurari licet, accidit forsàn eo die, quo cõmemorabilem illã merendã instituit, in qua, vt referũt Colloquia Symposiaca Germanica, Lutherus vitrũ *Catecheticum* trinode, vastissimũ & capacissimũ, ad fundum vsq; absq; vllõ vehementiore nisu, nõ semel tantum, aut iterum, sed longe sæpius elinxit; cuius, cum vix tertiam partem Ioannes Agricola Islebius eduxisset, & exsuxisset; desperare, & immane poculum de manibus ponere coactus est. Eam autem Lyæus naturam habet, vt cum immoderatus sumitur, etiã semicirculos in perfectos, circulos, & plana in gyros; & quadrata in rotunda transformet. Haud diffiteor Irides nõ modò hemicyclas, verũ & holocyclas effici posse, sed tantũ inuestigo, quo die Lutherus huiusmodi Iridem conspexerit: neq; cõiecturã meã procul à vero abscedere arbitror.

Narrabant aliquando Lutheri cõbibones, halonẽ instar Iridis, circa solem, sub matutinum tempus apparuisse. Hic Lutherus

ex

DEDICATORIA.

ex sua Meteorologica scientia exclamauit; *certissima adest plaga, super Germaniam: & quidem breui; iam fames & bellum pro foribus assistunt.* Vbi & indoctum Meteorologum, & vanum Prophetã deprehendimus. Nam & sepius antea coronæ seu arcæ, etiam solares, nullo tali euentu, sese mortaliũ oculis obtulerunt; & quid prænuntient, longè certius nobis exposuerunt Peripatetici, quã delirus iste Mopsus; qui in concione sua super Euangelium *Dominica secundæ Aduentus*, stolidissimè blaterat; Meteora illa, quæ à Philosophis *stella cadentes* nuncupantur, esse veras cæli stellas: & Eclipses, seu defectiones solis & lunæ, itemque terræ motus, ventos, turbines, tempestatesque sonoras, quibus mundus interdum terretur & concutitur, esse illa signa, de quibus Redemptor noster Matth. 24. *Sol obscurabitur, & luna non dabit lumen suum, & stella de celo cadet.* Et Luc. 21. *Erunt signa in sole, & luna, & stellis, & in terris pressura gentium, præ confusione sonitus maris & fluctuum, arescentibus hominibus præ timore & expectatione quæ superueniens vniuerso Orbi;* cum liquidũ

Luth. Tom. 1. Collig. Lat. tit. de Germanis.

Luth in Postilla Eccles.

(:) (:) explo-

exploratumq; sit, Christum Dñm de extraordinariis signis, nouissimiludicij proximis quasi anteambulonibus, non autē, de Phenomenis illis, vel procellis & tēpestatibus, quarum causa & origo est naturalis, loqui.

Et audet tamen imperitia simul & impudentia instructissimus Hæresiarcha, hortari suos, ne Aristoteli & Academicis de Iride, Cometis, stellis cadentibus, ventis, eclipsibus, & id genus aliis aliter philosophantibus, fidem habeant. Cui ergo nos assentiri cupit? Sibi, & nugacissimis suis figmentis.

*Luth. in
4ap. 9. Gen.*

Ait Lutherus; *circa equorum aures uideri interdum lunam.* Verius arbitror circa Lutheri aures apparuisse aliquando auriculas Midæ; adeò infulsus & ineptus est; quoties de rebus Philosophicis orationem instituit; vt planum faciunt, tam ea, quæ hic; quàm ea, quæ in Luthero Academico protulimus: qui liber bono ac candido animo à me euulgatus, & vniuersis Academicis Christiani Orbis oblatus, Lutherani verbi buccinatoribus ac trituratoribus bilē mouit, præsertim Forstero cuidam, VVitebergensi Logodulo; qui Prædicatīca Panopliā,
hoc

DEDICATORIA.

hoc est; lædoriis & pseudologiis probè armatus; primam impressionem in eum fecit. Quem mox, missis suppetiis, repulit. Repulsus tamen rediit, & secundam expeditionem tentavit. Sed, dum calidius Lutherum Academicum insectatur; imprudens prodidit se *energumenum* esse, spiritu-que VViclephico seu Sacramentario obfideri. Cuius abominandi sui hospitis, nec leuia, nec obscura, sed clarissima indicia dedit, quæ hæc lucubratiuncula persequor; & verè Lutheranis Academicis consideranda propono.

Quam, cur tuo nomine, *Illustris ac Generose Iuuenis*, decoratam, in publicum exire velim; causas complures, easque iustissimas habeo: Et in primis nobilissimam tuam, de-que Ecclesia Catholica, & Societate nostra præclarissimè meritam, indieque adhuc egregiè merentem familiam. Deinde; Te ipsum. Pro sapia tuæ seu maternam, seu paternam lineam intueor, præstantissimos viros reperio. In illa, occurrit mihi stirps OPABIENSKIA, inq; hæc auus tuus, potentissimi Regni Polonici Marschalcus, vir pacis, Mar-

tisq; artibus spectatissimus; & duo auunculi, Reuerendissimus & Illustrissimus Dominus ac Præsul ANDREAS, Posnaniensis Episcopus; eiusq; frater germanus LUCAS, eximium OPALINSKI sanguinis ornamentum.

Ad paternam seriem cum oculos cōuerto, contemplandum sese offert gentis vestræ columnen OSTASIVS, sub Vladislao Rege, cui cognomentum Loctico, & STANISLAVS, Dux exercitus Regni Polonici sub Casimiro Rege, cui rerum gestarum magnitudo *Magni* elogium peperit. Et PETRVS, Atauus tuus Iudex ditionis Lublinensis, rerum. potiente Vladislao Jagellone Rege. Quos sequitur Abauus tuus NICOLAVS, Castellanus Cracouiensis, supremus exercituum Regni Capitaneus: qui viuente adhuc Alexandro Rege, Constantinopolim legatus, cum Baiazete Turcarum Imperatore, loco Regni & Regis circa Annum Salutis M. I D. II. foedus icit, vt Cromerus testatur: Cui proximus hæret proauus tuus PETRVS, Palatinus Ruscix, sub Sigismundo Augusto Rege. Post quem subit auus

IOAN-


IOANNES, Marschalcus Regni & Palatinus Cracouiensis: A quo eiusdem nominis Magnificus Pater tuus, Regni Poloniae olim Thesaurarius; & ad Cæsaream Maiestatem Reipublicæ nomine legatione functus; nunc Capitaneus Lublinensis, cuius fratres, patrum tui, viri omnes dignitatibus & officiis conspicui, NICOLAUS Palatinus Cracouiensis, ANDREAS Castellanus Radomienensis, PETRUS Castellanus Zawvichostensis, & HENRICUS Episcopalis Referendarius Regni, Præpositus Miechouiensis & Plocensis; ut alios ex hac FIRLEYANA radice ortos, & longè ac latè diffusos Ramos silentio præteream: quorum omnium ea est, fuit, eritque (quod iure opto ac voueo) cura, ut cum florentissimi Regni incolumitate, integritas orthodoxæ fidei vigeat & floreat, quorū in vestigia tu nunc, Illustris, atque Generose Domine, pleno cursu ingrederis; tantisque à maioribus te non futurum degenerem certò pollicetur eximia tua indoles, quâ DEVS te exornauit; quam, ut & virtutis & disciplinarum cultu perpolires, à Magnifico Domino parente

etio ad hanc nostram Academiam ablegatus es.

Viue & vale, Illustris Adolefcens, spes Patris & patriæ, & in primis Ecclesiæ Catholice per spatiosissimas illas ad Septentrionem Prouincias disseminatæ; quæ, nisi fulciretur eiusmodi columnis, quales progenitores tui fuerunt; & Tu, labentibus annis, fies, quomodo inter tot sectas, hæreses & schismata non collaberetur? Cæterum, singulari numinis prouidentia accidit, ut Poloniæ vestræ nunquam desint nobilissimæ & illustrissimæ familiæ; quibus nihil est antiquius, nihilque potius, quam ut Apostolicam, Catholicam & Romanam fidem conferuent, ac propugnent. In-

golstadij .i. Februarij,
M. DC. XIII.





CARMEN

AD ILLVSTREM AT-
QVE GENEROSVM DN.

ANDREAM FIRLEY, &c.



*N*stulim multis, iuuenum flor alte, Camænis
Ampliter in laudes nominis ire tui.
Debuerat priscos Clio memorare parentes,
Debuerat celebres Calliopæa duces.

*M*onstrasset Tyrias Polyhymnia iussa cateruas,
Atque Erato grandes enumerasset opes.
Euterpe castam cecinisset candida vitam,

*I*ngenium optasset Pallas & ipsa tuum.
Ipse tuas cantu laudes celebrasset Apollo,
Aptans vaticina carmina multa lyra

*A*urea diuina neuissent flamina Parca,
Duxissent q̄ tuo tempora longa colo.
Mors euenturos, post fortia facta, triumphos
Cepisset claris ipse sonare tubis.

*E*n concurrentes, auditis, cominus enses?
Fulgere sanguineas cernitis ecce iugas?
Aspicitis trepidas dixisset, cedere turmas,


*A*tque fatigatas proycere arma manus?
Cernitis ut victis victores fortiter insent,
Vt q̄ opus his clypeo partibus, his gladio?

*S*ic ubi flaua Ceres maturas tollit aristas,
Aut cum Sol tepidos gramine textit agros,
Messor in erectas ferro grassas ut aristas,

*S*tantiaq̄, immiti gramina falce metit.
Haud aliter F I R L E T A manus regnabit in hostem,
Cum Palmaris erunt signa mouenda Dea.

Talia

Talia terrifici sonuisset buccina Martis
 Virtutum aeterno buccina mista sono.
 Nam Themis, & placido veneranda Modestia vultu
 Fecissent titulis nomina plura tuis.
 Ista serenata monstrasset frontis honores.
 Illa incorrupta fulmina iusta manus.
 Laudasset varias Industria nobilis artes,
 Sparsisset rutilum Mentis imago iubar.
 Nectua te Pietas tacuisset, & ardua Virtus
 Fulisset clari celsior igne Iouis.
 Ut q̄. lyrá, domini qualusit dextera Phœbi,
 Troica sunt Phrygia mœnia structa solo:
 Sic confluxisset tua sub præconia promtus
 Virtutum numerus, Pieridumq̄. chorus.
 Cuncta tamen taceo, quoniam compendia cerno.
 SCRIBITVR IN VVLTV LAVS TVA TO-
 TA TVO.



APPROBATIO R. P.
 PROVINCIALIS.

EGO MELCHIOR HÄRTELIVS Societatis
 IESV per Germaniam superiorem Prouincialis, po-
 testatem facio, vt hac Parænesis ad Lutheranas Aca-
 demias à P. IACOBO GRETSERO composita in lucem
 exeat. Ingolstadij. 31. Decembris M. DC. XII.

MELCHIOR HÄRTELIVS.



PARÆNESIS
AD OMNES IN-
CORRVPTÆ CON-
FESSIONIS AVGVSTANÆ
ACADEMIAS, DE IOANNE FOR-
STERO LVTHERANI VERBI, VT VL-
deri cupit, Witebergæ, Ministro.

Præfatiuncula.


Metropolis & Metropolitana
Academia Euangelij vestri
VViteberga, Academici vere
& serio Lutherani, magnas an-
te aliquot annos clades accepit ab illis, qui
Lutherum & Lutheranum spiritum habe-
bant in ore, VViclephum verò, Carlstadi-
um, Zwinglium, Calvinum, eorumq; Sa-
cramentarium genium circumferebant in
pectore; est cum & in ore; sed clam & apud
suos; interdum quoque palam, sed Lu-
theri,

theri, vel Lutherana doctrina pallio vela-
tum.

Ex quorum numero precipui fuere Peu-
cerus, Pezelius, Cruciger, Mollerus, VVide-
bramus, & similes, quorum audacia ac pro-
iecta temeritati carceribus, vinculis, exiliis,
& proscriptionibus occurrēdum fuit; quia,
ut inquit Symmysta vester Cōradus Schlüs-
selburgius in Proœmio libr. 3. Calviniana
Theologia, longo tempore, omnem suam
operam & studium in id posuerant, vt for-
mā doctrinæ Lutheranae mutatā & extin-
ctā in Saxonico Electoratu, successu tem-
poris, Calvinianam Hæresin, paulatim, in-
fidiosè, & fraudulenter introducerent, &c.
Ad quem finem etiam, Doctores, Theolo-
gi noui creabantur, qui statim, post conse-
cutos summos honores in Theologia, qui-
bus potuerunt, fraudibus, & deceptioni-
bus, etiam sub Lutheri nomine, doctrinam
eius in scholis & Ecclesiis eradicare cona-
bantur.

*Nisi me omnes sensus mei fallunt, idem
periculum, Matri, vel si mauultis, Matrīci
Aca-*

Academie vestra, ni obstat, iterum à Ioanne Forstero, VVitebergensi Pracone, impendet, qui Sacramentario spiritu pregnans est, à quocunque demum hoc malo fetu impragnatus fuerit. Indicia huius rei afferam vobis, nec obscura, nec leuia. Vos interea cogitate, an instar Peuceri, vel Pierij, vel Pezely & sociorum castigandus, & à terris Saxonici auerruncandus sit iste, qui in Lutheri schola & cathedra, Lutheranam doctrinam euersum tendit.



Primum indicium spiritus Sacramentarij in Forstero.



QUICUNQUE habet Wiclephum pro viro sanctimonie & pietatis fama celebri, is se spiritu Sacramentario occupatum esse; satis euidenter ostendit. At Forsterus habet Wiclephum pro viro sanctimonie & pietatis fama celebri. Forsterus ergo satis euidenter ostendit, se spiritu Sacramentario occupatum esse.

Minor est extra controuersiam. Nam Forsterus in prima Oratione contra Lutherum Academicum, Synodum Constantiensem incessit, quod Wiclephum, *Virum sanctimonie & pietatis fama celebrem, damnauerit,*

rit, etiam ob hunc articulum: *Quod Deus debeat obedire Diabolo.*

Maiores probatur. Qui laudat Sacramentarium, tanquam *virum pietatis & sanctimonie fama celebrem*, is aperte prodit se Sacramentario spiritu occupatum esse, quia nullus unquam, nisi Sacramentario Alastore inflammatus, *sanctimonie & pietatis laudem* Sacramentario tribuet; cum, ut Lutherus aperte scribit in *parua sua Confessione Anno M. D. XLIV.* Sacramentarii habeant, *ein eingetuffte / durchgetuffte / vbergetuffte. lesterlich Derg vnd Logenmaul*: hoc est, ut aliqui portentosa Lutheri verba prodigiose interpretantur, *Indiabolatum, perdiabolatum, & superdiabolatum, cor & blasphemum os.* Sed Wiclephus *pietatis & sanctimonie laude*, à Forstero affectus; fuit Sacramentarius; ut manifestissime liquet ex Tomis Thomæ Waldensis contra Wiclephum; pauloq; post planum faciam ex Synérge Forsteri Schlüsselburgio; Negari ergo non potest, Forsterum Sacramentario spiritu occupatum esse.

II. Si quis Lutheranus Prædicans in Academia Wittebergenſi; Zvvinglium vel Calvinum, vel Oecolampadium, vel Carolſtadium, *virum sanctimonie & pietatis laude celebrem* appellaret; is ab omnibus genuino Lutheri spiritu calentibus, iudicaretur vel Sacramentarius, vel saltem Sacramentarium fautor & amicus. At qui Wiclephum nominat *virum sanctimonie & pietatis fama celebrem*, is perinde facit, ac si Zvvinglium, aut alium ex prædictis, *virum sanctimonie & pietatis fama celebrem* nominaret: quia Wiclephus æquè Sacramentarius fuit, ac Zvvinglius, Oecolampadius, Carolſtadius, & Calvinus.

Id

Id ita esse; testem do, vt alios, maioris alioqui ponderis, omittam, Conradum Schlüsselburgium, Academiae Witebergensis olim alumnum, postea Lutheranum Superintendentem, qui libro tertio Catalogi sui; indicem, originem & seriem Sacramentariae Hæreseos texens, in illa serie Wiclephum collocat. En eius verba. *Anno Domini M. CCLII. Wiclephus Anglus, qui vixit ante 200. annos, eundem errorem Sacramentarium propagauit. Hic Wiclephus editis 45. sua religionis propositionibus, tertiam hanc esse voluit. Christum non esse in Sacramento altaris identicè & realiter in propria præsentia corporali. Et hanc suam doctrinam tropis & schematis confirmauit & declarauit. Quamobrem etiam multos discipulos, & rei noua nouos adstipulatores, ita ut sit, celeriter adeptus est.*

III. Si quis Catholicus Wiclephum appellaret, virum sanctimonia & pietatis fama celebrem, is non tantum apud Catholicos, sed & apud ipsos Lutheranos Sacramentariae pestis suspectus redderetur. Meritò igitur Forsterus quoq; Wiclephum à pietate & sanctimonia dilaudans, Sacramentarij spiritus suspectus redditur; quis enim, nisi fautor vel sectator à pietate & sanctimonia laudaret illum, cuius secta, iudicio Lutheri, est omnium quotquot exstiterunt, turpissima & funestissima. *Nulla turpior hæresis vnquam exstitit, quam sit hæresis Zvingliana, (seu Wiclephica; Est enim vna & eadem hæresis, hoc est, Sacramentaria) inquit Lutherus in libro de verbis Cæna. Quocirca rectè Schlüsselburgius in Catalogo Sacramentarium, Wiclepho socios adiunxit Carolstadium & Zvinglium.*

Secundum Indicium.



VILIBET Lutheranus qui dicit; hanc consequentiam; *Est Sacramentarius*, hoc est, Wiclephista, Zvinglianista, Oecolampadista, Calvinista; *ergo nec est pius, nec sanctus*; non esse probam; is apertè indicat, pectus suum Sacramentario spiritu, si non feruere, aut bullire; attamen calere. Sed Forsterus manifestè affirmat, consequentiam prædictam non esse probam; Manifestè igitur indicat, pectus suum spiritu Sacramentario calere.

Maiores probatur. Quia omnis, qui verè & sincerè Lutheranus est, necessariò fateri debet, quemlibet Sacramentarium, hoc ipso quia Sacramentarius est, omni pietate & sanctimonia carere, hoc eam milies asserit Lutherus, præcipue in magna & parva Confessione sua, & in libro de Verbis Cœnæ; nisi quis stultissimè existimet: *Hominem in diabolatum, per diabolatum, super diabolatum, esse vel posse esse piûm & sanctum*; nam nisi quis fatuè hoc sibi persuadeat, semper concedet, consequentiam istam: *Est Sacramentarius; ergo nec bonus, nec sanctus*; esse legitimam, veram & veracem.

Iam verò probatur minor superioris syllogismi. Qui dicit, Sacramentario non esse derogandam in solidum omnem pietatis laudem & sanctimoniã; is dicit; consequentiam supra dictam non esse probam & legitimam. Forsterus hoc expressè dicit, cap. 1. Responsi sui ad meas suppetias, pag. 12. Forsterus igitur consequentiam illam: *Est Sacramentarius; ergo nec pius, nec sanctus*; pro bona & vera nõ habet. Quo ipso Calvinianus forex in latibulo pectoris Forsteriani latitans, satis sese prædicat.

Ter-

Tertium Indicium.

VI afferit Sacramentario non esse in solidum pietatis & sanctimoniam laudem abiudicandam; is ostendit se Sacramentariorum vel fautorem vel sectatorem esse. Forsterus hoc facit. Ergo, &c.

Minor patet ex secundo indicio. Maior probatur. Quia Sacramentarij vocantur à Luthero **Sacramentschänder**. *Violant enim & insigni contumelia afficiunt Sacramentum, & ultimam voluntatem testatoris filij Dei, inquit Schlüsselburgius lib. 3. Catalogi sui. Vocantur etiam Sacramentschwermer* / quia, ut loc. cit. idem Lutheranus Superintendens ait; *Quasi furor perciti, fanatici, & mente capti, sauiunt & debacchantur in Testamentum Saluatoris nostri IESU Christi. Appellatio Schwermeri est accepta ab apibus, qua statis temporibus ex alvearibus suis non sine fremitu prouolant; ita Sacramentarij extra semitam verbi diuini aberrantes, non sine multis mendacijs, conuicijs & blasphemijs Testamentum filij DEI maledico ore impetunt & pragrauant. Dicuntur etiam Sacramentsürmer* / quia *desurbant & eijciunt vera Sacramenta ex Ecclesia Dei. At fieri nequit, ut qui ab huiusmodi hominibus verè & candidè dissidet; pietatis & sanctimoniam dotem eis penitus non abiudicet, tam simpliciter, quam secundum quid. Quid enim pietatis & sanctimoniam quæras, bey dem Sacramentschänder & Sacramentschwermer? Hoc ipso igitur, quod quis tales propiis & sanctis habet; ut habet Forsterus, fauorem suum erga illos planum testaturq; facit.*

Quar-

Quartum Indicium.



VI negat definitionem *Sacramentarij* à me in suppetiis allatam, esse bonam; is Sacramentarium Dæmoné sub pectore occulit. Forsterus hoc facit. Ergo, &c.

Vide suppeti-
as, cap. 1.

Maiores probatur: Quia ista est definitio Sacramentarij condita à Lutherano quodam principe, teste Nicolao Plumio, Lutherano prædicante. *Sacramentarius est homo nec credens, nec confidens DEO, & verbo eius, inflatus opinione sanctitatis, sapientia, & eruditionis peculiaris & eximia; contemnens & calumnians omnes non euntes in sententiam suam; eripiens Christo homini maiestatem diuinam, & eum aquans, vel gradibus certis præferens angelis, & beatis hominibus; negans omnipotentiam & veritatem Christi, & subinde patetefaciens aditum ad Nestorianismum, Arianismum, Mahometismum, & Ethnicismum; decipiens magistratum & alios, ac pessundans se & suos in exitiū corporis, vitæ & animæ; replens regna, principatus & ciuitates simultatibus, seditionibus, odiis, bellis, laniens; salutarem concordiam ubiq; destruens; clam & insidiosè agens pleraque, fucum faciens simplicioribus; negans se esse, qui est, affirmans se non esse, qui est; mutans sententiam ad auram, innitens brachio mundano, & carni mundi, non carni Christi, & obseruans occasiones elabendi, & rursus emergendi.*

Forsterus dicit; Non esse *definitionem*; sed *descriptionem*, petitam ex enumeratione communium accidentium. Quam acutè, siue *definitionem*, siue *descriptionem* appelles; mihi perinde est; quia & definitio, descriptio; & descriptio, definitio, interdum nominari consuevit. Etcertè parum honorificum est ijs
notis

notis ac proprietatibus insignitum esse, quibus supra-
dicta descriptio Sacramentarios insignit; siue ijs in-
signiantur tanquam essentialibus, siue vt ab essentia
fluentibus. Si quis diceret: *Forsterus est perfidus nebulo,*
Deiq; ac hominum contemptor; tu æquè excandesceres,
siue is essentiam tuam, siue accidentia tali pronuntia-
to comprehendere voluisset. Vnde verò hoc, quale
quale, Forsteri effugium & diuerticulum, nisi ex a-
more erga Sacramentarios? Certè non modicam be-
nevolentiam respicit, quòd essentiam Sacramenta-
riorum ex infamibus illis notis, principiis, seu Ele-
mentis compactam esse abnuitt; omnibus ad acci-
dentium, essentia Sacramentorum adiacentium,
stationem relegatis; de quo cum Logodulo non di-
gladiabor. Tantum quæro, num Lutheranus Sacra-
mentarium, prædictis accidentibus substratum vel
infectum, sine præuaricationis à Lutheranismò; &
sine collusionis & fauoris ac benevolentia suspicio-
ne, proprio & sancto habere & laudare possit?

Adde; illam essentiam planè pestiferam esse, ex
qua tam pestifera accidentia profluant. Nam vt bo-
na arbor, bonos fructus, & bonus fons bonam aqua,
sic bona essentia, bonas proprietates; perniciosas per-
niciosas profert. Perniciosas autem esse illas proprie-
tates, quæ superiore seu definitione, seu descriptione
comprehenduntur, quis nisi perniciosus inficietur?

Deinde negat Forsterus, definitionem illam,
cum definito, seu descriptionem cum descripto recipro-
cari; atq; adeò Sacramentarios esse, quibus supra posita de-
scriptio non competat. En luculentum Forsteriana bene-
volentia in Sacramentarios testimonium. Nam
quo studio nunc quosdam à descriptione illa libe-

B rat;

rat; eodem paulò post, si impunitatis spes alluceat, reliquos omnes ab eadem descriptione vindicabit.

At pro descriptione illa tanquam rei descriptæ *adaquata*, & nec latius, nec minus latè quam ipsum *descriptum* (quod est, Sacramentarius) patente, stat Princeps ille, qui istam definitionem fecit; quem Forsterus parum reuerenter quasi *Dialectica* imperitum, traducit. Secundò, pro eadem definitione stat Lutheranus Prædicans Plumius, vna cum suis Symmystis, itidem Lutheranis *Dulologis*; qui Crellio captiuo hanc Sacramentarij definitionem, tanquam probam, & ex *Dialecticæ* legibus fabricatam, proposuerunt; neque Crellius quidquam vitij in ea notauit.

At si Forsterum aduocatum habuisset; opportune suggessisset pro sua in Sacramentarios æquitate; *Domine Doctor, descriptio ista non adequatur descripto: hoc est, non conuenit omnibus Sacramentariis, sed quibusdam duntaxat. Dicitur, te unum ex illis esse, quibus non conuenit. Quomodo Plumius cum synergis contrarium euincet? Miserum Crellium, cui Forsterus contra tam atrocis definitionis arietem, defensor non obtigerit.*

Eiusdem descriptionis bonitatem & *adaquatam* rationem confirmant omnes libri Lutheri, quos cõtra Sacramentarios scripsit; neque, opinor, vlla est in tota descriptione, Sacramentariorum nota & proprietates, quæ non desumpta sit ex Luthero, vel cui ex Luthero fidem conciliare non liceat. Itaq; causæ nihil habet dicere Forsterus, quo minus fateatur, se, quidquid in huius definitionis elusione vel restrictione fecit, ex summa beneuolentia erga *Sacramentiperdæ* fecisse.

Quin-

Quintum Indicium.

Hoc benevolentiae Forsterianae erga Sacramentarios luculentissimum indicium consistit in isto syllogismo, contexto ex Forsteri Apologia cap. 10. Quicumque vitam Monachorum magno zeli feruore redarguit, ille est pietate & sanctimonia celebris; *Viclephus hoc fecit.* Subsumam ego: Carlostadius, Münzerus, Zwinglius, Leo Iuda, Occolampadius, Calvinus, Beza, hoc fecerunt. Tu infer conclusionem. *Ergo non tantum Viclephus, sed & Carlostadius, Münzerus, Zwinglius, Leo Iuda, Occolampadius, Calvinus, & Beza, pietate & sanctimonia celebres sunt.*

Plaudite vobis Sacramentarij. Res fausto pede progreditur. Habetis in Academia Witebergensi advocatum, qui causam vestram forte an feliciter ageat, quam Peucerus, Pezelius, Mollerus, & id genus alij, quos Schlüsselburgius *Antilutheranos Vitebergenses* indigitat. Multum obtinuistis, si Arator iste iuuentuti Witebergicae persuadere potest, Zwinglium, Calvinum, Bezam, & omnes illos, quos Schlüsselburgius non procul ab initio sui Catalogi, tanquam Sacramentariae Hæreseos antesignanos commemorat, esse viros *pietate & sanctimonia laude celebres.*




Sextum Indicium.

V & Thomas Walsinghamus, Historicus
 Anglus, & alij, de terrifica Wiclephi morte
 scripserunt; ea Forsterus ait esse *pura putacon-*
uicia. Cur? nisi ex amore & fauore in Sacramentario-
 rum Choragum Wiclephum? Nec video, quid reſter,
 quam ut Logodulus iſte, vera eſſe inficietur, quæ Lu-
 therus non vno loco de horribili Oecolampadij in-
 teritu ſcripta reliquit. Quo officio manibus Oeco-
 lampadianis præſtito magnam tribuit gratiam à Cal-
 uiniſtis, præſertim ab Hoſpiniano Turegienſi, qui in
 Sacramentario ſuo Centone ad Annum M. D. XXXI
 hanc infauſti exitij maculam ab *Oecodiabolo* (ſic Gla-
 reanus Oecolampadium nominat) abſtergere niti-
 tur. Cum quæ non video; cur Forſterus ſuam ope-
 ram non cõiungat, eum Wiclephus & Oecolampadi-
 us in eadem Sacramentaria nauì nauigarint, & ex eo-
 dem prorfus Sacramentario corio conſuti fuerint, ut
 reſtatur quoque Vrbanus Rhegius, in Epìſtola ad
 Theobaldum Billicanum, apud Hoſpinianum in Sa-
 cramentaria Hìſtoria Anno M. D. XXV. vbi dicit
 Rhegius; ſuperiore ſæculo *Wiclephum Anglum, &*
Waldenſes in ſua Apologia eundem (cum Oecolampa-
 dio) *de Cæna Domini articulum, iſſdem ſcripturis & teſti-*
moniis defendiſſe, & acerrimè contendiſſe, panem figurati-
ter, & non naturaliter eſſe corpus Chriſti, quem admo-
dum Ioannes fuerit figuratiue Helias, &
non personaliter.



Septimum Indicium.

 VI Wiclepho Sacramentario patrocinator
 aduersus Concilium Constantiense; is iure
 optimo à Sacramentario genio afflatus cen-
 ferì potest. Forsterus hoc facit; quia tam in oratione
 contra Lutherum Academicum; quam in responso
 ad *Supplicias* palam vociferatur, Wiclephum iniuste à
 Patribus Concilij Constantiensis damnatum esse.
 Quod nunquam faceret; nisi Sacramentarium spiri-
 tum sub pectore suo versaret. Imò, quod Lutherus
 de mortuis Zvinglio & Oecolampadio in *Colloquijs*
Symposiacis titulo de *Schwermeris* pronunciauit; hoc
 Forsterus itidem de Sacramentario Wiclepho liberè
 pronunciarer, si Sacramentarius Alastor os & linguã
 eius non vinceret. *Es ist vill besser / spricht Luther /
 vnd ein Werck der Liebe / man verdamme Zvingli-
 um vnd Oecolampadium, ob man an ihnen gleich
 Gewalt thut / auff das man die Lebendigen erhalte
 vnd abschrecke / denn sie die Todten rechtfertigen vnd
 für From vnd Gerechte sprechen / dardurch werden
 die gottlosen Schwemer / Ketten vnd Secten ge-
 stercke vnd confirmiret in ihrem Irthumb. Melius
 est, & opus charitatis damnare Zvinglium & Oecolampa-
 dium, licet eis iniuria inferretur, vt viuentes conseruentur
 & absterreantur: nam mortuos istos pro iustis & probis pra-
 dicare, id nihil est aliud, quam impios Schwermeros, fana-
 ticos & Enthusiastas in suo errore confirmare.* Ita tu, Logo-
 dule, de Sacramentario Wiclepho, Zvinglij & Oe-
 colampadij proauo sentires & scriberes, nisi Sacra-
 mentarius Alastor hunc tibi sensum adimeret, ma-
 numque & calamum ad tale quid chartis confi-
 gnan-

theri, vel Lutherana doctrina pallio vela-
tum.

Ex quorum numero precipui fuere Peu-
cerus, Pezelius, Cruciger, Mollerus, VVide-
bramus, & similes, quorum audacia ac pro-
iecta temeritati carceribus, vinculis, exiliis,
& proscriptionibus occurrendum fuit; quia,
ut inquit Symmysta vester Cōradus Schlüs-
selburgius in Proœmio libr. 3. Calviniane
Theologia, longo tempore, omnem suam
operam & studium in id posuerant, vt for-
mā doctrinæ Lutheranae mutatā & extin-
ctā in Saxonico Electoratu, successu tem-
poris, Calvinianam Hæresin, paulatim, in-
fidiosè, & fraudulenter introducerent, &c.
Ad quem finem etiam, Doctores, Theolo-
gi noui creabantur, qui statim, post conse-
cutos summos honores in Theologia, qui-
bus potuerunt, fraudibus, & deceptioni-
bus, etiam sub Lutheri nomine, doctrinam
eius in scholis & Ecclesiis eradicare cona-
bantur.

*Nisi me omnes sensus mei fallunt, idem
periculum, Matri, vel si mauultis, Matrīci
Aca-*

Academia vestra, ni obstat, iterum à Ioanne Forstero, Vitebergensi Pracone, impendet, qui Sacramentario spiritu pragnans est, à quocunque demum hoc malo fetu impragnatus fuerit. Indicia huius rei afferam vobis, nec obscura, nec leuia. Vos interea cogitate, an instar Peuceri, vel Pierij, vel Pezelij & sociorum castigandus, & à terris Saxonis auerruncandus sit iste, qui in Lutheri schola & cathedra, Lutheranam doctrinam euersum tendit.



Primum indicium spiritus Sacramentarij in Forstero.



VIGVNQVE habet Wiclephum pro viro sanctimoniam & pietatis fama celebri, is se spiritu Sacramentario occupatum esse; satis euidenter ostendit. At Forsterus habet Wiclephum pro viro sanctimoniam & pietatis fama celebri. Forsterus ergo satis euidenter ostendit, se spiritu Sacramentario occupatum esse.

Minor est extra controuersiam. Nam Forsterus in prima Oratione contra Lutherum Academicum, Synodum Constantiensem incessit, quod Wiclephum, Virum sanctimoniam & pietatis fama celebrem, damnauerit,

rit, etiam ob hunc articulum: *Quod Deus debeat obedire Diabolo.*

Maiores probatur. Qui laudat Sacramentarium, tanquam *virum pietatis & sanctimoniam fama celebrem, is aperte prodit se Sacramentario spiritu occupatum esse, quia nullus unquam, nisi Sacramentario Alastore inflammatus, sanctimoniam & pietatis laudem Sacramentario tribuet; cum, ut Lutherus aperte scribit in parva sua Confessione Anno M. D. XLIV. Sacramentarii habeant, ein etngeteuffele / durcheteuffele / vbereteuffele. lesterlich Herz vnd Logenmaul: hoc est, ut aliqui portentosa Lutheri verba prodigiose interpretantur, Indiatolatum, perdiatolatum, & superdiatolatum, cor & blasphemum os. Sed Wiclephus pietatis & sanctimoniam laude, à Forstero affectus; fuit Sacramentarius; ut manifestissime liquet ex Tomis Thomæ Waldensis contra Wiclephum; pauloq; post planum faciam ex Synérge Forsteri Schlüsselburgio; Negari ergo non potest, Forsterum Sacramentario spiritu occupatum esse.*

II. Si quis Lutheranus Prædicans in Academia Wittebergensi; Zvinglium vel Calvinum, vel Oecolampadium, vel Carolostadium, *virum sanctimoniam & pietatis laude celebrem* appellaret; is ab omnibus genuino Lutheri spiritu calentibus, iudicaretur vel Sacramentarius, vel saltem Sacramentarium fautor & amicus. At qui Wiclephum nominat *virum sanctimoniam & pietatis fama celebrem, is perinde facit, ac si Zvinglium, aut alium ex prædictis, virum sanctimoniam & pietatis fama celebrem nominaret: quia Wiclephus æquè Sacramentarius fuit, ac Zvinglius, Oecolampadius, Carolostadius, & Calvinus.*

Id

Id ita esse; testem do, vt alios, maioris alioqui ponderis, omittam, Conradum Schlüsselburgium, Academiae Witebergensis olim alumnum, postea Lutheranum Superintendentem, qui libro tertio Catalogi sui; indicem, originem & seriem Sacramentariae Hæreseos texens, in illa serie Wiclephum collocat. En eius verba. *Anno Domini M. CCCLII. Wiclephus Anglus, qui vixit ante 200. annos, eundem errorem Sacramentarium propagauit. Hic Wiclephus edisū suæ religionis propositionibus, tertiam hanc esse voluit. Christum non esse in Sacramento altaris identicè & realiter in propria præsentia corporali. Et hanc suam doctrinam tropis & schematis confirmauit & declarauit. Quamobrem etiam multos discipulos, & rei noua nouos ad stipulatores, ita vt sit, celeriter adeptus est.*

III. Si quis Catholicus Wiclephum appellaret, virum sanctimonia & pietatis fama celebrem, is non tantum apud Catholicos, sed & apud ipsos Lutheranos Sacramentariae pestis suspectus redderetur. Meritò igitur Forsterus quoq; Wiclephum à pietate & sanctimonia dilaudans, Sacramentarij spiritus suspectus redditur; quis enim, nisi fautor vel sectator à pietate & sanctimonia laudaret illum, cuius secta, iudicio Lutheri, est omnium quotquot exstiterunt, turpissima & funestissima. *Nulla turpior hæresis unquam exstistit, quam sit hæresis Zvingliana, (seu Wiclephica; Est enim vna & eadem hæresis, hoc est, Sacramentaria) inquit Lutherus in libro de verbis Cæna. Quocirca reuocet Schlüsselburgius in Catalogo Sacramentariorum, Wiclepho socios adiunxit Carolstadium & Zvinglium.*

Secundum Indicium.



QUILIBET Lutheranus qui dicit; hanc cō-
 sequentiam; *Est Sacramentarius*, hoc est, Wi-
 clephista, Zvinglianista, Oecolampadista,
 Calvinista; *ergo nec est pius, nec sanctus*; non
 esse probam; is apertè indicat, pectus suum Sacra-
 mentario spiritu, si non feruere, aut bullire; attamen
 calere. Sed Forsterus manifestè affirmat, consequen-
 tiam prædictam non esse probam; Manifestè igitur
 indicat, pectus suum spiritu Sacramentario calere.

Maiores probatur: Quia omnis, qui verè & sincerè
 Lutheranus est, necessariò fateri debet, quemlibet
 Sacramentarium, hoc ipso quia Sacramentarius est,
 omni pietate & sanctimonia carere, hoc enim mil-
 lies asserit Lutherus, præcipue in *magna & parua Con-
 fessione sua*, & in libro de *Verbis Coenæ*; nisi quis stu-
 tissimè existimet: *Hominem in diabolatum, per diabolatum,
 super diabolatum*; esse vel posse esse *pium & sanctum*;
 nam nisi quis fatuè hoc sibi persuadeat, semper con-
 cedit, consequentiam istam: *Est Sacramentarius; ergo
 nec bonus, nec sanctus*; esse legitimam, veram & vera-
 cem.

Iam verò probatur minor superioris syllogismi.
 Qui dicit, Sacramentario non esse derogandam in-
 solidum omnem *pietatis laudem & sanctimoniã*; is di-
 cit; consequentiam supra dictam non esse probam
 & legitimam. Forsterus hoc expressè dicit, cap. 1. Re-
 sponsi sui ad meas suppetias. pag. 12. Forsterus igitur
 consequentiam illam: *Est Sacramentarius; ergo nec pius,
 nec sanctus*; pro bona & vera nõ habet. Quo ipso Cal-
 uinianus forex in latibulo pectoris Forsteriani lati-
 cans, satis sese prædit.

Ter-

Tertium Indicium.

QVI afferit Sacramentario non esse in solidum pietatis & sanctimonix laudem abiudicandam; is ostendit se Sacramentariorū vel fautorem vel sectatorem esse. Forsterus hoc facit. Ergo, &c.

Minor patet ex secundo indicio. Maior probatur. Quia Sacramentarij vocātur à Luthero **Sacramentschänder**. *Violant enim & insigni contumelia afficiunt Sacramentum, & ultimam voluntatem testatoris filij Dei, inquit Schlüsselburgius lib. 3. Catalogi sui. Vocantur etiam Sacramentschwermer*/quia, vt loc. cit. idem Lutheranus Superintendens ait; *Quasi furore perciti, fanatici, & mente capti, sauiunt & debacchantur in Testamentum Saluatoris nostri IESU Christi. Appellatio Schvrvermeri est accepta ab apibus, qua statis temporibus ex aluearibus suis non sine fremitu prouolant; ita Sacramentarij extra semitam verbi diuini aberrantes, non sine multis mendacijs, conuicijs & blasphemijs Testamentum filij DEI maledico ore impetunt & pragrauant. Dicuntur etiam Sacramentstürmer*/quia deturbant & eijciunt vera Sacramenta ex Ecclesia Dei. At fieri nequit, vt qui ab huiusmodi hominibus verè & candidè dissidet; pietatis & sanctimonia dotem eis penitus non abiudicet, tam simpliciter, quam secundum quid. Quid enim pietatis & sanctimonix quæras, bey dem **Sacramentschänder** & **Sacramentschwermer**? Hoc ipso igitur, quod quis tales pro pijs & sanctis habet; vt habet Forsterus, fauorem suum erga illos planum restaturnq; facit.

Quar-

Quartum Indiciū.



VI negat definitionem *Sacramentarij* à me in suppetiis allatam, esse bonam; is Sacramentarium Dæmoné sub pectore occultis. Forsterus hoc facit. Ergo, &c.

Vide suppetiis
uae, cap. 1.

Maiores probatur: Quia ista est definitio Sacramentarij condita à Lutherano quodam principe, teste Nicolao Plumio, Lutherano prædicante. *Sacramentarius est homo nec credens, nec confidens DEO, & verbo eius, inflatus opinione sanctitatis, sapientia, & eruditionis peculiaris & eximia; contemnens & calumnians omnes non euntes in sententiam suam; eripiens Christo homini maiestatem diuinam, & eum aquans, vel gradibus certis præferens angelis, & beatis hominibus; negans omnipotentiam & veritatem Christi, & subinde patefaciens aditum ad Nestorianismum, Arianismum, Mahometismum, & Ethnicismum; decipiens magistratum & alios, ac pessundans se & suos in exitiū corporis, vitæ & animæ; replens regna, principatus & ciuitates simultatibus, seditionibus, odiis, bellis, laniens; salutarem concordiam ubiq; destruens; clam & insidiosè agens pleraque, fucum faciens simplicioribus; negans se esse, qui est, affirmans se non esse, qui est; mutans sententiam ad auram, innitens brachio mundano, & carni mundi, non carni Christi, & obseruans occasiones elabendi, & rursus emergendi.*

Forsterus dicit; Non esse *definitionem*; sed *descriptionem*, petitam ex enumeratione communium accidentium. Quam acutè, siue *definitionem*, siue *descriptionem* appelles; mihi perinde est; quia & definitio, descriptio; & descriptio, definitio, interdum nominari consuevit. Etcertè parum honorificum est ijs

NOTIS

notis ac proprietatibus insignitum esse, quibus supra-
dicta descriptio Sacramentarios insignit; siue ijs in-
signiantur tanquam essentialibus, siue vt ab essentia
fluentibus. Si quis diceret: *Forsterus est perfidus nebulo,*
Deiq; ac hominum contemptor; tu æque excandesceres,
siue is essentiam tuam, siue accidentia tali pronuntia-
to comprehendere voluisset. Vnde verò hoc, quale
quale, Forsteri effugium & diuerticulum, nisi ex a-
more erga Sacramentarios? Certè non modicam be-
nevolentiam respicit, quòd essentiam Sacramenta-
riorum ex infamibus illis notis, principiis, seu Ele-
mentis compactam esse abnuat; omnibus ad acci-
dentium; essentia Sacramentariorum adiacentium,
stationem relegatis; de quo cum Logodulo non di-
gladiabor. Tantum quæro, num Lutheranus Sacra-
mentarium, prædictis accidentibus substratum vel
infectum, sine præuicationis à Lutheranismò; &
sine collusionis & fauoris ac benevolentia suspicio-
ne, *proprio & sancto* habere & laudare possit?

Adde; illam essentiam planè pestiferam esse, ex
qua tam pestifera accidentia profuant. Nam vt bo-
na arbor, bonos fructus, & bonus fons bonam aquã,
sic bona essentia, bonas proprietates; perniciosã per-
niciosas profert. Perniciosas autem esse illas proprie-
tates, quæ superiore seu definitione, seu descriptione
comprehenduntur, quis nisi perniciosus inficietur?

Deinde negat Forsterus, definitionem illam,
cum *definito*, seu descriptionem cum *descriptio recipro-*
cari; atq; adeo Sacramentarios esse, quibus supra posita de-
scriptio non competat. En luculentum Forsteriana bene-
volentia in Sacramentarios testimonium. Nam
quo studio nunc quosdam à descriptione illa libe-

B. rat;

rat; eodem paulò post, si impunitatis spes alluceat, reliquos omnes ab eadem descriptione vindicabit.

At pro descriptione illa tanquam rei descriptæ *adequata*, & nec latius, nec minus latè quam ipsum *descriptum* (quod est, Sacramentarius) patente, stat Princeps ille, qui istam definitionem fecit; quem Forsterus parum reuerenter quasi *Dialectica* imperitum, traducit. Secundò, pro eadem definitione stat Lutheranus Prædicans Plumius, vna cum suis Symmystis, itidem Lutheranis *Dulologis*; qui Crellio captiuo hanc Sacramentarij definitionem, tanquam probam, & ex *Dialecticæ* legibus fabricatam, proposuerunt; neque Crellius quidquam vitij in ea notauit.

At si Forsterum aduocatum habuisset; opportune suggessisset pro sua in Sacramentarios æquitate; *Domine Doctor, descriptio ista non adequatur descripto: hoc est, non conuenit omnibus Sacramentariis, sed quibusdam dyntaxat. Dic igitur, te unum ex illis esse, quibus non conuenit.* Quomodo Plumius cum synergis contrarium euincet? Miserum Crellium, cui Forsterus contra tam atrocis definitionis arietem, defensor non obtigerit.

Eiusdem descriptionis bonitatem & *adequatam* rationem confirmant omnes libri Lutheri, quos cõtra Sacramentarios scripsit; neque, opinor, vlla est in tota descriptione, Sacramentariorum nota & proprietates, quæ non desumpta sit ex Luthero, vel cui ex Luthero fidem conciliare non liceat. Itaq; causæ nihil habet dicere Forsterus, quo minus fateatur, se, quidquid in huius definitionis elusione vel restrictione fecit, ex summa beneuolentia erga *Sacramenti perdam* fecisse.

Quin-

Quintum Indisium.

Hoc benevolentiae Forsterianae erga Sacramentarios luculentissimum indicium constitit in isto syllogismo, contexto ex Forsteri Apologia cap. 10. Quicumque vitam Monachorum magno zeliferuore redarguit, ille est pietate & sanctimonia celebris; *VViclephus hoc fecit.* Subsumam ego: Carlostadius, Münzerus, Zwinglius, Leo Iuda, Oecolampadius, Calvinus, Beza, hoc fecerunt. Tu infer conclusionem: *Ergo non tantum VViclephus, sed & Carlostadius, Münzerus, Zwinglius, Leo Iuda, Oecolampadius, Calvinus, & Beza, pietate & sanctimonia celebres sunt.*

Plaudite vobis Sacramentarij. Res fausto pede progreditur. Habetis in Academia Witebergensi advocatum, qui causam vestram forte an felicius ages, quam Peucerus, Pezelius, Mollerus, & id genus alij, quos Schlüsselburgius *Antilutheranos VVitebergenses* indigitat. Multum obtinuistis, si Arator iste iuuentuti Witebergicae persuadere potest, Zwinglium, Calvinum, Bezam, & omnes illos, quos Schlüsselburgius non procul ab initio sui Catalogi, tanquam Sacramentariae Hæreseos antesignanos commemorat, esse viros *pietate & sanctimonia laude celebres.*



Septimum Indicium.

QVI Wiclepho Sacramentario patrocinator aduersus Concilium Constantiense; is iure optimo à Sacramentario genio afflatus censeripotest. Forsterus hoc facit; quia tam in oratione contra Lutherum Academicum; quam in responso ad *Supplicias* palam vociferatur, Wiclephum iniuste à Patribus Concilij Constantiensis damnatum esse. Quod nunquam faceret; nisi Sacramentarium spiritum sub pectore suo versaret. Imò, quod Lutherus de mortuis Zvinglio & Oecolampadio in *Colloquijs Symposiacis* titulo de *Schvvermeris* pronunciauit; hoc Forsterus idem de Sacramentario Wiclepho liberè pronunciarer, si Sacramentarius Alastor os & linguã eius non vinceret. *Es ist vill besser / spricht Luther / vnd ein Werck der Liebe / man verdamme Zvinglium vnd Oecolampadium, ob man an ihnen gleich Gewalt thut / auff daß man die Lebendigen erhalte vnd abschrecke / denn sie die Todten rechtfertigen vnd für From vnd Gerechte sprechen / dardurch werden die gottlosen Schwermir / Rotten vnd Secten gestercke vnd confirmiret in ihrem Irthumb. Melius est, & opus charitatis damnare Zvinglium & Oecolampadium, licet eis iniuria inferretur, ut viuentes conseruentur & absterreantur: nam mortuos istos pro iustis & probis predicare, id nihil est aliud, quam impios Schvvermeros, fanaticos & Enthusiastas in suo errore confirmare.* Ita tu, Logodule, de Sacramentario Wiclepho, Zvinglij & Oecolampadij proauo sentires & scriberes, nisi Sacramentarius Alastor hunc tibi sensum adimeret, manumque & calamus ad tale quid chartis confi-

mentariam sectam affectionem beneuolam satis perspicuè patefacit.

Minor est certa. Nec incerta Maior. Quis enim vnquam inter sanctos Martyres Wiclephum, Sacramentariorum antesignanum numeraret, si à Sacramento Diabolo obsessus non esset?

Obserua autem stultitiam Logoduli, existimantis, eum, qui pro Christo mortem non est passus, posse fieri Martyrem si morte iam obita, cadaver eius exhumeretur & exuratur. Vbi hoc auditum vnquam? Quia tamen in hac opinione versatur Prædicans, videtur non obscurè elicere alia quædam in Sacramentarios amoris & beneuolentiæ argumenta; nam in hanc de *Martyrio* phantasiam ex alia causa Forsterus non incidit, nisi ex æstuante amore erga Sacramentarios. Sit ergo.

Decimum Indiciũ.

QUI viam sternit plurimis Sacramentariis ad hoc, vt inter sanctos Martyres collocentur & accenseantur; is manifestè demonstrat, se Sacramentariorum amicum, summumque fautorem esse: Quæ enim maior amicitie & fauoris testificatio; quam si quis viam muniat, qua facillimè, præcipui Sacramentarij in sanctorum Martyrum *Album* veniant? Sed Forsterus viam sternit plurimis Sacramentariis ad hoc, vt inter sanctos Martyres collocentur accenseantur. Forsterus ergo satis manifestè demonstrat, se Sacramentariorum amicum, summumque fautorem esse.

Minor

Minor probatur. Nam qui credit & docet sufficere, ut quis *Hieromartyr* fiat, si cadauer eius post mortem ex tumulo refodiatur, & in cineres conuertatur, is latam viam Sacramentariis ad Martyrij gloriam & lauream pandit. Hoc facit Forsterus, qui Sacramentarium Wiclephum ideo *Hieromartyrem* nominat, quod ossa eius ex tumulo refossa sint, & Vulcano commissa. Ex quo sequitur, Martinum Bucerum, *Hieromartyrem* esse; quia cadauer eius in Anglia ex sepulchro extractum, flammisque voracibus traditum est. At quis nescit, Bucerum fuisse Sacramentarium; & cum hoc spiritu spiritum suum efflasse? Gratulentur sibi Calvinus, Beza, Oecolampadius, & similes, gratiasque immortales agant huic Wiclephico Praconi Forstero; cuius beneficio *Hieromartyres* effici poterunt. Nam si templa, in quibus sepulti sunt; in manus Catholicorum iterum deueniant; nihil certius est, quam eorum ossa, si à reliquis internosci queant; ex tumulis extractum, & luculento rogo traditum iri. Iam tunc ergo Calvinus, Oecolampadius, Beza, & ceteri de eodem genere, *sancti Martyres* seu *Hieromartyres* salutabuntur; Ante omnes autem Zvinglius; qui pugnans in acie pro Sacramentario spiritu occubuit; & postea à Catholicis militibus exustus est. Meritò Zvinglius cum Forstero expostularet, si *Hieromartyrij* laudem sibi, etiam præ Wiclepho, non concederet; cum Wiclephus naturali nece extinctus & diu post obitam mortem, cadauer eius infelicibus lignis concrematum fuerit; Zvinglius verò telis & ferro purpuream animam euouerit, & mox in fenum & nebulas abierit.

Ad Nr: Gott des heiligen/ vnd des Martires/

tro/

retro / inquit de Zvinglio Lutherus in *Parua Confessione*. Optarem Zvinglium saluatum esse, ait idem Lutherus, in Lat. Colloq. *Culinariis* tit. de damnatione: sed vereor diuersum accidisse. Et quid verbis opus est? Vel ego vel Zvinglius *Cacodæmonis* sumus; non datur tertium, inquit Lutherus in libro de *verbis Cæne*. Verum, Catholicus Lutherus facile tertium ostendet, nempe, ut tam Lutherus, quam Zvinglius sit Dæmonis. At Lutherano prædicanti arduum erit Lutherum ad inferos amandare; Et tamen hoc facere compelletur, si Zvinglium *Hieromartyrem* creet: neq; enim *Hieromartyr* ad Dæmonis tribum spectat. Eodem autem iure, vel, ut rectius loquar; longè meliore, Zvinglium quam Wiclephum in *Hieromartyrum* classem referet. Væ tibi, LutHERE; si tuum dictum vero consonat; necesse erit, ut Oreum petas, etiam Forsteri calculo; quia tu non es *Hieromartyr*, tamen adhuc *Hieromartyr* fieri poteris, si labentibus annis, templum, in quo sepultus es, ab Hæreticis sordibus expiatum; omnibus sanctis, quibus à primo suo ortu dicatum fuerat, restitatur; quia tunc certo certius tibi continget, quod Wiclephico cadaueri; si tamen adhuc in arcis Witebergensis templo tumulum habes; neque alio siue à Dæmone, siue ab homine translatus es; nam de hoc varios sermones feri video.



C

Vnde.

Vndecimum Indiciū.

Quapro *Hieromartyrio* Wiclephi Sacramentarij; etiam aliunde, admodum sollicitè, testimonia arcessit; is satis dilucidè aperit, quam Sacramentarium spiritum curæ cordiq; habeat. Hoc facit Forsterus. Ergo, &c.

Maior longa probatione non eget; quia nisi quis Sacramentarium spiritum amaret, haud aliorum auctoritate comprobare niteretur, *Archisacramentarium* Wiclephum, esse *sanctum Martyrem*. Minor probatur. Quia Dulologus Witebergensis pag. 14. Responsi ad *suppetias*, palam dicit; se eo titulo, hoc est, *Hieromartyris*, Wiclephum ornasse; quod eodem ornatur ab Illyrico in Catalogo *testium veritatis*. Quid in Sacramentarium spiritum benevolentius fieri poterat, quam quod succumbenti hunc quoque, tibicinem, Illyricum, inquam, supponit? In meo tamen Catalogo, Argentinæ Anno M. D. LXXII. excuso, ubi de Wiclepho agitur; *Hieromartyris* encomium non compareret. Tantum *vir doctus & pius* ab Illyrico nominatur. Quod elogium tuo in Sacramentarios amori exiguum visum est. Quapropter illud amplificasti, virumque *pietatis & sanctimoniam fama celebrem* nobis procudisti. Nihil de *sanctitate* Illyricus.

Tu Sacramentario sanctitatem de tua Sacramentaria sanctitate, pro tua in Sacramentarios munificentia, liberaliter ad-
mensus es.



Duode-

Duodecim Indicium.

HERI nequit, quin in Sacramentarium spiritum benevolentissimus ac toto pectore propensissimus sit, quisquis Sacramentarium Wiclephum ita *Hieromartyrem* esse asserit; sicut Cyprianus Episcopus Carthagenensis *Hieromartyr* est. Hoc facit Forsterus. Ergo.

Maior probatione nulla eget: Quæ enim maior benevolentia significatio in Sacramentarios dari potest; quam Sacramentarios primipilem Wiclephum cum S. Cypriano *Hieromartyrem* facere? Minor liquet ex verbis Logodulii pag. 14. quæ sunt ista. *Neque insolens illud videri debet Iesuita, cum Cyprianus Hieromartyr salutetur, licet & ipse non leues modo nequos habuerit: sed crassos & crudos insuper errores.* Quibus suis verbis innuit hanc consecutionem. Ergo etiam Sacramentarius Wiclephus iure *Hieromartyr* salutatur; Euge Prædicans. Quo te rapit amens in Sacramentarium spiritum affectio? Cuius instinctu Asmodæum, hoc est, Sacramentarium Wiclephum cum Angelis lucis, hoc est, cum S. Cypriano componere audes? qui in quæstione de *rebaptizandis Hæreticis* erravit; at sine Hæresi, quia sine pertinacia, & eam quoque ob causam, quod quæstio illa nullius *plenarij Concilij* definitione ijs temporibus determinata esset: ut scriptissimè monet S. Augustinus in libris, quos aduersus Donatistas euulgavit.

Adde, quod S. Cyprianus contrarium sentientes non damnauit; nec ab unitate Ecclesiæ se se abrupit; sed ita se in illa sua opinione gessit; ut quemlibet in suo sensu abundare sineret. Quod

S. Augustinus non semel in S. Cypriano; nec immerito, prædicat. Num simile quid à Sacramentario tuo Wiclepho factum? Taceo, Wiclephum sine tortoris, aut carnificis manu vita functum, non nisi insipientissimè, quoad *Hieromartyris* elogium, conferri cum illo, qui suo sanguine Christianæ fidei testimonium perhibuit. Et ut maximè Wiclephus pro sua perfidia interemptus fuisset, non magis Hieromartyribus accenseri posset, quam Zwinglius; de quo Poëta:

Occubuit patrio bellator Zwinglius ense.

Decimum tertium Indiciũ.

Nec obscurum erga Sacramentarios amoris exemplum est, quod Forsterus tam sollicitè & verbosè monet, nullum Sacramentarium in Saxonia ob Sacramentarium dogma capite multari. Carceribus, exiliis, proscriptionibus, & id generis aliis pœnis affici, euidentiùs est, quam ut id inficiari, quamuis in negando nequaquam inaudax, ausus fuerit. Et ut primum illud (si verum est) ei gaudium; ita hoc posterius proculdubio dolorem parit. Quis enim sine animi cruciatu intueatur, Wiclephi *Hieromartyris*, & viri tam pietatè, quam sanctimonia celebris, discipulos in vincula conijci; in exilium agi; proscribi? Rupes sit, non homo Sacramentarius qui isthac sine sensu aspiciat.

§(o)§



Deci-

Decimum quartum Iudicium.



VI Balæum vocat *suum*, is perspicuè testatur, sibi cum Sacramentario spiritu communio- nem intercedere: quia Balæus fuit Zvvin- glianus, & acerrimus Sacramentarius, vt omnibus notum est. Forsterus vocat Balæum *suum*. *Nostrum*. *Balæum*, inquit p. r. r. Responsi ad *suppetias*. Ergone Balæus, *vester* vel *tuus* est, ô Lutherane Spermologe? Si diceres, *Testem* do *nostrum* Zvvinglium, *nostrum* Oecolampadium, *nostrum* Caluinum, *nostrum* Beza, an non Sacramentariæ sectæ suspectum te redderes? At idem est dicere; *Nostrum* Balæum.

Mirum, ni Lutherus in hunc degenerem suum discipulum ex tumulo infurgat, impactisq; dorso aliquot ictibus, aut faciei nonnullis alapis, hunc verbi sui Theraponta ad *Paruam* suam, *grandemque* confessionem, & ad librum *de verbis Cene* amander; vt inde discat, num vllus verè Lutheranus *Sacramentarium* seu *Zvvinglianum* pro suo agnoscere, & prædicare possit. An non ad raurim vsque clamitat Lutherus; sibi cum Sacramentariis nihil vnquam negotij aut commercij, vsque in æternum, fore? Et tamen iste intrepidè Lutherò, Balæum, tanquam *suum*, ingerit. *Noster* Balæus, inquit, Quid ni, & noster Zvvinglius? Noster Oecolampadius? Noster Caluinus? Noster Beza? Noster Peucerus? Noster Pezelius? Videamus, num in confessu publico totius Witebergensis Academicę, audeas dicere; *Noster* Zvvinglius, *nostrum* Caluinus. Certe auditores non modò te exploderent, sed & tanquã Sacramentarium in malam maximam Crucem abire iuberent.



Decimum quintum Indicium.

FORSTERSVS in oratione sua Doctorali pag. 6. nominat Catharinam Zelliam, Argentoratensem; *pietissimam* feminam; cum tamen Zellia ista omnes sectarios & sectas, Lutherum, Zwinglium, Oecolampadium, Capitonem, Bucerum, Schwenckfeldium, vno eodemque loco habuerit, & pro *viris Dei* dilaudarit, vt manifestum fit ex libro Germanico, quem scripsit contra Ludouicum Rabum, Vlmensem Rabulam; & ex illis, quae ex hoc libro recitauit in Luthero Academico cap. 24. Quo lectorem remitto. At nullus, nisi Sacramentarij spiritus fautor & cultor, vllam vnquam foeminam *Sacramentariam*, cuius iudicio Zwinglius, Oecolampadius & Schwenckfeldius sunt *virii Dei*, & ita quoque palam ab ipsa nominentur; *pietissima* encomio condecorabit, quippe per quos, teste Luthero, in libro de verbis Coenae, *ipsissimus Diabolus locutus sit*, per quos etiam idem *salutis humanae hostis viam ad abnegationem Christi sibi manijit*. Simile elogium tribuit Lutherus Schwenckfeldio in *perbreui Iudicio* de literis & libellis Schwenckfeldij; quod *Confessioni Paruae* Lutheri praefigi solet. Si ergo Lutherus hanc foeminam Zwinglianam, Oecolampadianam, Schwenckfeldianam *pietissime* titulo à Forstero cohonestari videret; an non ei è vestigio carmen illud admodularetur, quod Schwenckfeldio accinuit? *Inrepet Dominus in te. Satan, & sit spiritus tuus, qui vocauit te; & cursus, quo curris, & omnes, qui participant tibi, Sacramentarij & Eutybiani tecum, & cum vestris blasphemis in perditionem.*

Deci-

Decimum sextum Indicium.

ILLI, qui Oecolampadio, Paræo, & omnibus Sacramentariis, in Academia aliqua ad Doctoris dignitatem solenni ritu promotis, planam expeditamq; viam monstrat, quomodo probare debeant, se ad Sacramentariam sectam introducendam legitimè vocatos esse, quidquid Lutherus & Lutherani contra tonent; is sanè evidenter ostendit, quam sit benigno in Sacramentarios affectu, & quam auidè sectæ huius incolumitatem & propagationem exoptet. At hoc facit Forsterus pag. 22. Orationis, vel potius *Arationis* Doctoralis; vbi asserit, Doctoratum in Academia susceptum, esse argumentum legitimæ vocationis ad Ecclesiasticum ministerium; Lutherumq; meritissimo Doctoratû suum, tanquã legitimæ vocationis insigne, prætulisse, & obtendisse.

Ad quæ verba statim profiliet Oecolampadius, & se quoq; Doctoreo pileo exornatû fuisse; dictabit; & quidè in Academia tunc celebriore, quam sit Academia, in qua Lutherus Doctor creatus est: Etiam si Lutherus octo Annis citius, quam ipse Doctoralem honorè consecutus fuerit; Ac proinde, si Doctoratus Lutherò legitimæ vocationis testimonium fuit, suum quoq; Doctoratum suæ vocationis legitimæ sibi aliisq; testimonium præbere debere.

Itaque, vt rem in compendium redigam, Forsterus, in gratiam omnium Sacramentariorum Doctorum ita argumentatur, si non expresse, at tacite, Lutherus creatus est Doctor Witebergæ, cum ista Academia adhuc pontificia esset, Anno M. D. XII. Postridie S. Luca; hoc est, 19. die Octobris, ergo

ergo legitimè vocatus est ad suam doctrinam contra veteres ritus inuehendam: & meritò etiam, Doctoratum, tanquam vocationis suæ legitimæ argumentum ubiq; ostendit & obtendit.

Qua sua collectione occasionem dat Forsterus, pro Sacramentario Oecolampadio, ita argumentandi. Oecolampadius creatus est Doctor Basileæ, cum ista Academia adhuc Pontificia esset, Anno Salutis M. D. X V. III. 18. Die Mensis Nouembris, iisdem insignibus & cæremoniis, quibus Lutherus insignitus fuerat; ergo legitimè vocatus est ad *Sacramentariam* sectam in orbem iuferendam: Et meritò etiam hoc suo Doctoratu, tanquam legitime suæ vocationis stemmate & dignitate, sese contra oppugnatores defendit. *Ita enim animo secum reputabat: (Agnoſcis opinor, tua verba pro tuo Luthero effusa, sed æquè Oecolampadio quadrantia.) In Actu Doctorali, solenni iurifurandi formula. adstrictus sum scripturæ sacræ purè & sincere docenda, & explicanda. Hanc prouinciam solennitèr & religiosissimè mihi de mandata, nullo pacto, salua conscientia deserere possum ac debeo, licet Cæsar & Papa, vel alij, sub pœna banni interminarent; ne doceam verbum diuinitus patens factum. Violarem enim, & perfide violarem iurifurandi tantâ cum deuotione publicè præstiti religionem, meamq; conscientiam, quâ nihil tenerius, nihil maiori curâ & sollicitudine sartum, rectumq; seruandum, periculosissimè vulnerarem.*

Hæc totidem verbis pro legitima sua vocatione Oecolampadius decantare poterit; cui eadem prorsus in suo Doctoratu priuilegia concessa fuere, quæ Lutherò in suo. Audi verba Ioannis Gebvveileri, Canonici tunc Ecclesiæ S. Petri Basiliensis, & *sacræ pagine*

gine in Basileensi Academia Professoris, qui Oecolampadium Doctorali laurea insigniuit; audi, inquam, verba, desumpta ex ipsis Authentice, primigeniis & originalibus literis tunc Oecolampadio in testimonium datis, quæ autographæ literæ, Facultatis Theologicæ sigillo appenso, penes me exstant, Auctoritate privilegiorum dictæ vniuersitati à sancta sede Apostolica concessorum, eundem Dominum Ioannem Oecolampadium, instantem & petentem, Doctorē sacre pagine pronunciauimus, fecimus, constituimus, & creauimus, ac sibi insignia Doctoralia in eadem sacra pagina scientia, cum solennitatibus debitis, & consuetis, contulimus & assignauimus, dantes & concedentes eidem, per traditionem libri aperti & clausi, pirretiq; capitis, & annuli digitorū suorum impositionem, plenam & liberam potestatem cathedram Magistralem, siue Doctoralem ascendendi, & in ea legendi, docendi, disputandi, glossandi, interpretandi, ceterosque actus Doctoreos his & ubique locorum exercendi, & Doctorum insignia deferendi, aliisque conferendi, &c.

Quid ergo deest huic Doctoratui, quo minus eo, æquè ac Lutherus suo, pro legitimæ vocationis suæ documento Oecolampadius uti possit? Nam si locum spectes, Basilea haud paulo maior est, quam Witeberga. Si Academiam, antiquior est quam Witebergensis. Si professores, non inferior: si promotorem; sacre Theologicæ Doctor, Professor, Facultatis Theologicæ Decanus, S. Petri Canonicus, denique nulla in re Carlostadio, Lutheri Promotore, minor apparet.

Sed nunc tandem, quod bene verat, Forsterus, omnibus Sacramentariis, quos Academicæ Doctores creauerunt; portam latissimè & laxissimè pandit. *In quo*

D

VETUS

rerum statu, inquit Logodulus, etiamnum hodie quibus SS. Theologia Doctor inaugurationem suam Doctoralem pro legitima vocatione venditare iuste potest, scq. bonâ solari cōscientiâ, quod inibi ius, potestatemq. acceperit, veritatem diuinam, scriptis Prophetiis & Apostolicis reuelatam, aduersus diabolum, & omnia eius organa, siue rafa, siue calua fuerint, & acri & alacri studio propugnandi, exemplo sui præceptoris Lutheri obseruatione & imitatione dignissimo.

Mirum, ô Parçe, ô depontane Grynæ, ô Polane, ô vos cæteri per Sacramentaria pulpita Doctores, mirum, inquam, ni Forstero, caput demulcetis, non sine hoc odario. ô bellum, ô lepidum caput. Quam bellè & lepidè nos habes. Quam nos beas. Iam per Doctoratum nostrum, legitimam vocationem ad ministerium Sacramentarium, exemplo Lutheri, imitatione dignissimo, omnibus, vocationis nostræ rationem à nobis poscentibus monstrare quimus. Quæ munera Forstero misistabimus? Ecquid præmij dabimus?

Decimum septimum Indicium.

S T A T V I T Lutherus duplices Doctores; alteros, sacræ Scripturæ, à Spiritu sancto creati solitos; alteros, *sententiaris*, seu *scholasticæ Theologiae*, in Academiis inaugurari consuetos; de quibus copiosè in Luthero Academico cap. 26.

Forsterus, vt Sacramentariis, pro more suo, gratificetur; iisdem ad Doctoratum à Spiritu sancto conferri consuetum, fores quam patentissimas aperit. Nam ita argumentationem instituit in *Homilia sua Doctorali* pag. 10. *Qui legit, pioq. ardore tractat sacras literas veramq. & genuinam earum interpretationem debita*
denuo-

denotione scrutatur, non sine feruida oratione, deuota meditatione, & multuaria tentatione, in eo ipso fit, & constituitur Doctor sacra Scriptura, promotore Spiritu sancto. Hæc Maior est Forsteri. Sublumer Sacramentarius, ouumque à Forstero positum excludet. Sed Carlostadius, Zvvinglius, Oecolampadius, Caluinus, Beza hœc totum æque sedulo ac Lutherus præstiterunt. Quod Forsterum non fugit. Ergo etiam Carlstadius, Zvvinglius, Cœcolampadius, Caluinus, Beza sunt Doctores sacra Scriptura, ab ipso Spiritu sancto promoti.

Imò, ne quis suspicetur, Forsterum parum dapsiliter cum Sacramentariis agere; meminisse oportet, ex fundamento quod posuit, nihil facilius probatu esse, quam ipsas quoque Sacramentarias fœminas, easque in Maiore propositione percensentur, ac titantes, Spiritu sancto promotore, Doctorissas sacra Scriptura constitui. Quæ non est exigua gratia & benedictio Sacramentariis mulierculis Biblia studiosè lectitantibus à Forstero collata.

Decimum octauum Indiciũ.

QVI tanta contentione errores notos, & totius mundi Orthodoxi auctoritate damnatos; à Wiclepho, Sacramentariorum primario duce & auspice; propulsare nititur; is satis ostendit, se Sacramentario spiritu, si non omnino ebrium, at saltem probè tinctum esse: Forsterus hoc facit. Ergo:

Minor manifesta fit ex Forsteriana Homilia contra Lutherum Academicum, & ex Responso ad Suspectias; vbi Articulos Wiclephicos à Concilio Con-

Quantifanti nigro Theta insignitos; limis admodum oculis intueatur; nec sibi persuadere potest, Wiclephum, virum pietatis & sanctimoniam fama celebrem, hoc est, Sacramentarium, talia dogmata tradidisse; nominatim concoquere nequit illud: *Deus debet obedire Diabolo. Absit à Wiclepho talis assertio.* Haud fert Forsterus, ut tam immani placito Sacramentarius spiritus deformatur ac collutuletur. Sed qui cogitauerit, quam tetra, horribilia & impia veteres olim Hæretici, præsertim Manichæi, & ex posterioribus, Waldensium portio, Kathari, euouerint, de Deo, (nominatim hoc, quòd Deus verus à malo Deo interdum cogatur ad obsequium præstandum) quamque ipsemet Wiclephus, multos alios articulos sceleratos & nefarios eructauerit; is haud mirabitur, ab isto iniquitatis filio, hanc quoque impietatem egressam esse; quæ non obscure sequitur ex alio eiusdem Wiclephi articulo, qui est; *Omnia ex absolutanecessitate euenire, ut fatebitur, quisquis corollaria in hoc stoicismo latentia in apertum educere voler.* Videatur *Fasciculus temporum*, in quo vnum in fascem comportata & partim quoque refutata inuenies omnia deliramenta, quæ Sacramentarius Wiclephus exspuit: quorumq; abominationem *Wiclephizans* Forsterus à suo Sacramentario patre amoliri frustra tentat. Qui etiam vix ab animo suo impetrare potest, stolidissimum hoc & perniciosissimum paradoxum: *Vniuersitates, studia, Collegia, graduations & Magisteria in, eisdem, sunt vana gentilitate introducta, & tantum profunt Ecclesie, sicut Diabulus: esse ex Wiclephi officina.* Vertit se in omnes partes, ut à Wiclepho tantum dedecus auertat. At cur? Amor erga Sacramentarium spiritum, id est

faci-

faciat, compellit. Turpe est tam fidum dilectumque parentem ab hac turpitudine non expurgare. Sed contra Wiclephicum Prædicantem stat, præter Concilium Constantiense, Academia Pragensis, & in hac ipse Hussus, qui initio cum reliquis Wiclephicis articulis hunc quoque de Academiis damnauit; postea defendit; nunquam autem, ne verbulo quidem conquestus est Hussus aut hunc de Academiis, aut alios Wiclepho falsò impositos esse, sed omnes à Wiclepho prodiiisse agnouit. Illud tantum contendit, immeritò damnationis sententia percussos.

Decimum nonum Indiciũ.

S V M I T V R hoc ex nimio studio purgandi Philippi Melanchthonis; quem initio fuisse Carlstadianum; & tandem etiam Zwinglianum, seu Calvinianum, hoc est, Sacramentarium, in confesso est apud plerosque Prædicantes Lutheranos, etiam ipsius Concordiæ Fabros; idque saltem, quoad posterius, copiosissimè demonstrat Lutheranus Superattendens Schlüsselburgius, Academiæ Witebergensis olim alumnus lib. 2. *De Calvinistarum Theologia*, Articulo decimo, qui prolixissimus est. Hoc intellecto, nulla te capiet admiratio, cum quidquid infame ac probrosum est, Forsterus à Sacramento suo Philippo, tanquam nouus *Auerruncus*, auerruncare laboriosè studet. Nimirum spiritus Sacramentarius stimulos vertit sub pectore, ne tantum Sacramentarium sub cultro linquat.

Absente Luthero Wormaciæ, & in stramentitia sua Pathmo, coniunxit Philippus arma fanatica cum

Carlostadio, aduersus imagines, Eucharistiam, delictum ciborum, scholas, liceras, studia, libros, gradus Academicos. Itaque aliis ad alia opificia transgressis, Philippus pistrinum elegit; Carlostadius, Georgica & Bucolica, non illa Virgiliana, Hesiodæa, aut Theocritica; sed illa illiberalia, quibus rustica pubes quotidie occupatur. Clausâ Academiâ silebant Musæ. Nihil lectitabatur præter *Biblia*. Nihil vlllo in pretio erat; nisi *Verbum Dei*, quod quisque in imaginatione sua sibi effinxerat. Cuius Enthusiastici Witebergæ excitati testes habemus, præter antea citatos Cœchlæum & Surium; Prateolum quoque in Catalogo Hæreticorum, verbo *Bibliiſta*; & Fridericum Staphylum in Genealogia Lutheri, & in libro contra Smidelinum; qui etiam addit, se, oculatorum testium fide & auctoritate istud comprobare posse; nam eo tempore supererant adhuc, qui Philippici & Carlostadiani Corybantismi spectatores fuerant. Nec Staphylo aut Philippus, aut Lutherus, aut status Synagogæ & Academiæ Witebergensis tam præsens quam præteritus incompertus erat. Prædictis testibus adijce Auctorem *de corruptis vtriusque partis moribus*, idem prorsus testificantem. Accedit, contemptio, desertio, & destructio literarum & scholarum quæ statim ex hoc Enthusiasmo exstitit, & totam Germaniam peruasit; de qua fusè in *Luthero Academico* & in *Suppetiis*.

His adiunge repentinum & inopinatum Lutheri ex fictitia sua Pathmo Witebergam accursum, in scio Electore; Et vbi rem cognouit prorsus inuito: vt apparet ex literis, quas Lutherus ad Electorem ex itinere scripsit. Tom. 2. Ien. Germ. *Quæ causâ tantæ festinationis? Man hat diese Newerung eingeführet?* inquit

inquit Lutherus, in scripto *contra Nouationem VVitebergæ factam* post Comitia Wormaciensia Tom. 2. Ien. Germ. *Wie den Messen / Bilden / Sacrament ansgreiffen / vnnnd anderen liederlichen Dingen / daran nichts gelegen ist.* Et quæ nam tandem sunt res istæ aliæ *leuioris momenti*, in quibus rerum summa nõ veritur? Quæ, inquam, istæ res, nisi scholæ, literæ, libri, & id genus aliæ ad cultum animi spectantes, quas Lutherus in *conciunculis* suis post reditum, contra Carlstadium declamatis, nunquam nominare aufus fuit; videns ex hoc incredibilem ac intolerandam apud plebrosque, & apud ipsum etiam Fridericum Electorem sibi inuidiam conflatum iri; sciebat enim multos iam hæretico fermento infectos, non magnopere *de Missa, Imaginibus, delectu ciborum, tactuque Eucharistie* laborare. At vt literæ ex Ecclesia pellerentur & in exilium eicerentur, id à plerisque non nisi in pessimam partem acceptum iri haud ignorabat; præsertim à Friderico Electore, Academix VVitebergensis paucos ante annos conditore.

In Colloquio Altenburgensi fol. 360. b. hæc Saxonicæ Theologi de Philippo disertè pronunciarunt. Das aber H^{er} Philippus zu mehrmalen / auß menschlicher Schwachheit gestraucht / ist vnuerborgen / vnnnd wolten wir es zwar lieber verschwelgen / wenn vns nicht die Collocutores selbst darzu erunggen vnnnd verursachen. Denn sie wissen ja wol / wie Philippus bald anfänglich gewancket / da Carlstar zu Wiczenberg / vnnnd selliche andere / abwesend Luthero / mit dem Bawer leben zu schwerem anfang.

Philippum sapius ex humana infirmitate titubasse, palam est: nobisque id reticere quam predicare longè optabilius

lius foret, nisi Collocutores ad hoc faciendum nos compellerent: qui minimè ignorans, quomodo Philippus statim ab exordio (Lutherani Euangelij) vacillauerit ac talipedauerit, quando Carlostadius & quidam alij VViteberga, absente Luthero, agricola facti debacchari cœperunt.

Quid ad hæc Theologi Electorales Saxonici? Non multum. Taciti transfiliunt; & in specie nihil eorum, quæ aduersaria pars obiecerant, diluunt; Generatim solummodo clamitant, *Philippo iniuriam fieri.* Sed cum totidem Lutherani Prædicantes, nempe seni, (tot enim Saxonici totidem Electoralibus in eo Colloquio oppositi fuere) affirmant rem ita esse, non est cur inficiantibus potius ad stipulemur, quam affirmantibus, præsertim cum ab horum parte aliorum quoq; steterit auctoritas, illiq; in specie nihil attingant. Quod sanè factum oportuit, si Philippum ab hac macula serio emaculare cogitabant. Sed, metuebant, opinor, ne si nimis sedulo, Pistoris Philippi vestimenta excuterent, ipsi quoq; pistrini farinâ albescerent. Hæc tamen omnia, longè adhuc inuerecundius, quàm Prædicantes illi Electorales negat Forsterus. At veniam do Sacramentario genio. Non iniuria ab hoc suo Hyperaspista Philippo hanc notam depellit; vel potius depellere nititur, casto conatu.

Quærit Forsterus; *quando hæc acciderint.* Quasi verò temporis huius sis nescius? Tunc hoc accidit, cum Lutherus in sua Pathmo latens non latuit. Tunc, cum Carlstadius cum Philippo & sociis, bellum indixit statuis, imaginibus, Missis, Eucharistiæ, aliisque de quibus boar tuus Lutherus in *Declamatiunculis contra Carlostadium.*

Vis scire, quando hoc contigerit? Audi ergo capula-

pularem illum & Acheronticum senecionem Matthæium, qui Concione I V. de Luthero pag. 25. ita concionatur. Wie nu Luther inn seiner Wüsteny nicht feyret/2c. Vnderstebet sich vnordentlichet weise Carlstar aller Schwermer vnd Schermer Vatter zu vnseren Zeiten/ auß eigenem Freuel vnd Murwillen/ die Bilder zu stürmen/ vnd auß der Kirchen zuwerffsen/ vnnnd ein ergerliche Freyheit anzurichten/ da die Leuch das Abendmal selber/ ohn vorgehende Rew/ vnwürdiglich von dem Altar namen/ vnnnd darmit ben trogenlich Eyer vnd Fleisch frassen. Wie Carlstaden Gesellen auch die Schulen/ vnd alle ehrlliche Künste/ vnnnd löbliche Gewonheiten/ da man geschickten Leuchen offentliche Titel vnnnd Zeugnuß gabe/begoncen zu verhönen vnnnd zuschenden: Denn wann man nun den Geist vnd die innerliche Antriebung hette/ dörfte man kein Kunst/ kein Schrifft mehr/darauff Christliche Schuien in Abfall kâmen/ vnd vll Leuch von ibrem Studieren abfielen/ dar außentlich Schwermer/ heimliche Propheten/ vnd Widertäuffer worden. Wie Tzeher Enders (Carlstar) selber die Schul durch den Bauch stach/ vnnnd ein Bawersmann ward. Hactenus Matthæius.

Ex cuius verbis non obscure Dulologus noster cognoscere poterit, quæ se nescire simulat. Qui verò isti Carolstadij sodales, & in Corybantismo adiutores, qui scholas, literas, omnesq; honores & gradus Academicos è medio tollere conati, & in rucolas, fabrosq; mechanicos transformati sunt? An non inter illos vel præcipuus Melanchthon? Quem si Carlstadius in hac Tragoedia aduersarium habuisset, Enthusiasmustam ex sententia non successisset; Maior.

E enim

enim erat in Academia & in re literaria auctoritas Philippi, quam Carlostadij. Sed Philippus cum infaniente Carolstadio insanire voluit; perinde ac si Apostolus non tantum iussisset: *Gaudere cum gaudentibus, & flere cum flentibus*; sed etiam insanire cum infanientibus, & bacchari cum bacchantibus. Et hæc Philippi turpissima exerratio satis ingenuè & perspicuè à Saxonis Collocutoribus in Colloquio Altenburgensi prodita est; sed dissimulata à Matthæio, ne sui Philippi verenda reuelare videretur. Quanquam ea vel inscius protulit, ex quibus, si cum cæterorum dictis iungantur, veritas utcunq; elucescit.

Oggrunnit Forsterus in Responso ad *Suppetias. Anno Domini M. DXXI. in Octobri & Nouembri, & Anno M. DXXXI. in Ianuario habitæ esse disputationes VViteberga, ergo Academiam non fuisse clausam.*

Respondeo I. lethali scelere te non obstringes, licet *VViclephizanti* huic Logodulo fidem abroges. Nota est hominis vanitas & inanitas. II. Non explicat, quales & cuius fuerint istæ disputationes. Num Philippi? Atqui disputationes Philippi insertæ sunt Tomo primo Lat. Witeberg. Lutheri, & demum ab Anno M. DXXIII. inchoantur. An fuere Philippi vel Carlstadij, vel alterius fanatici, sed de imaginibus evertendis, tollendis literis, claudendis scholis, omnibusq; ad solam Bibliacam lectionem reuocandis? Ita, credo; hinc altum de illis vbique silentium; quales Theses tunc ad publicum certamen propositas esse; nemo prudens mirabitur. Fortè etiam intra priuatos parietes, vt sæpe fit, Themata illa discussa sunt. Nec cum clausam Academiam audis, Physicam potius, quam moralem clausionem animo concipe. Clau-

Clauditur Academia, quando officium docendi intermittitur; quando auditores, alius alio, dilabuntur; vt factum furentibus Carlostadio, & Philippo, eorumq; affeclis.

Præterea, nihil concludit Prædicans; quia Gregerus dixit; *Academiam fuisse clausam, quando Lutherus erat in sua Pathmo*; siue id acciderit Anno M. D. XXI. siue M. D. XXII. cuius initio Pathmus Lutheri adhuc durabat. Furor iste Corybanticus in Academiam, in literas, in libros de repente exstitit, sicut etiam debacchatio contra imagines, Eucharistiam, Missam. Audi Lutherum Tom. 2. Germ. Ien. in *scripto* aduersus istos turbatores. *Tun hat man disen Handel schnell / purdi, purdi, angefangen / vnd mit Seufften hincsin geriehem*. Vbi ergo Enthusiasmus iste erupit, tunc quoq; Lutherus ratus est haud amplius sibi cunctandum. Itaq; ex Pathmo sua euasit, erupit, in scio, vt supra dicebam; Electore.

Ego, quantum ex obseruatione Epistolarum Lutheri colligere possum, mihi persuadeo, Enthusiasmum istum exaruisse Anno M. D. XXII. eo spatio, quod tunc erat inter Epiphaniam vel octauam Epiphaniæ, diemq; Cinerum: Nam in octaua Epiphaniæ, qui est XIII. dies Ianuarij duas Epistolas dedit ex sua Erema, alteram ad Philippum; alteram, ad Amstorfium, quæ exstant Tomo secundo Latinarum Epistolarum. In neutra expresse furorem, de quo disceptamus, tangit: Sub nomine *Prophetarum Cygneorum* tunc Witsbergæ tumultuantium, enigmaticè non nihil insinuat, vt & sub fluctuatione Philippi, qua propter istos fanaticos circumagitabatur. Ad calcem Epistolæ ista addit. *Para mihi hospitium, quia translatio me urgebit*,

ad vos reuerſi. Et ora Dominum, ut fiat cum eius voluntatè. Opto autem latere, quantum fieri poteſt, interim procedam, quo inſtitui.

Vbi duo obſerua, Lutherum iam tum reditum. Witebergam animo volutaſſe; verum, non ob exci-
tatas turbas, ſed ob translationem Bibliorum. Secun-
dò, Lutherum ita fuiſſe comparatù, vt quamuis Ele-
ctor vellet, ipſum manere in Arce Wartenbergenſi
non procul Iſenaco, ipſe tamen, quo ſibi libitum eſ-
ſet, abire conſtituerit; non libebat autem Luthero
quoquam libentius ire, quam Witebergam.

Die S. Antonij, hoc eſt, 17. Ianuarij eiufdem An-
ni M. DXXII. dedit Lutherus duas Episto-
las; alteram ad *Capitonem*; in qua nihil de tumultu Witeber-
genſi; alteram, ad ſuum Spalatinum, in qua manife-
ſtè iam futuri *Corybantifmi* ſemina ſparſa fuiſſe indi-
cat. Poſtquam enim de Enthufiaſtis pauca prælo-
cutus fuerat, ſubiungit; *Prius quidem mouebar rumori-
bus, ut ipſe Witebergam irem, ac viderem. Sed nunc maiora
quotidie audio.* Vtiq; audiuiſti. Quocirca ex Pathmo
tua erupiſti; & die *Cinerum* iam in itinere Witebergam
verſus fuiſti, & Borna ad Electorem literas dediſti,
quæ exſtant Tom. 2. Germ. Ien. quibus te excuſabas,
quod, inconfulto Principe, Witebergam aduolare.
Tandem ipſa Dominica prima Quadrageſimæ pri-
mam tuam concionem aduerſus Carlſtadium, Phi-
lippum, & ſocios inſtituiſti.

Ex his Forſterus, Wiclephizans Logodulus, Phi-
lippici, & Carolſtadiani tumultus, clauſuræ que Aca-
demix tempus colligat & computet. Et illud etiam ad-
dat, quod Tom. 1. Nouorum Operum Lutheri in præ-
fatiuncula ſeptenſis concionibus aduerſus Carloſta-
dium

dium præfixa notauit Aurifaber (rectius *Plumbifaber*) nimirum, die *Lunæ* post conuersionem *S. Pauli* à *Carlostadio* librum de euerendis imaginibus publicatum fuisse Anno *M. D. XXII.* Ab hoc ergo tempore mora nulla furentes tenuit. *Purdi, purdi,* inquit *Lutherus.* *Occupet extremum scabies.*

At vide acutum *VViclephizantis* Forsteri argumētum. *Lutherus non fuit VVitberga,* quando imagines euerse, *Confessio auricularis sublatæ, Academia & literis bellum indictum,* ergo *Lutherus non fuit harum rerum causa.* Perinde ac si dicat; *Dauid* nō erat præsens, quando *Vrias* est occisus; ergo *Dauid* nullam culpam necis illius sustinuit. Vel, *Incendarius,* qui per cuniculos serpentem ignem sparferat, non erat præsens, quando latens ignis in apertam flammam erupit; ergo *incendarius ille* non est huius incendij Auctor? Nam licet *Lutherus* absens esset corpore, libris tamen, & spiritu *Corybantico,* quem multis inspirauerat, præsens erat. *Qui spiritus* vinclorum tandem impatiens, claustra perfregit, furibundus euolauit, & quidquid sibi minus iucundum occurrebat, pessum dedit: vt & factum tandem cum spiritu illo *Martio,* quem *Lutherus* agricolis afflauerat.

Vigesimum Indiciũ.

Hoc indicium ducitur quoque ex nimio erga *Sacramentarium Philippum* amore. *Si enim,* inquit *Prædicans,* *Philippus* *Professorem* exuisset, & *pistorem* induisset; atq; adeo cum *Carlostadio* insanisset, *Lutherus* hoc nunquam distinulasset. Sed futilitatē istam peperit beneuolentia in *Sacramentarium* spiritum;

ritum; Lutherus enim Philippum non exagitauit, quia Philippi opera in suis hæresibus disseminandis, egebat, ut alibi diximus. Certè absq; Philippo fuisset, Lutherus tam multos nunquam in perniciem abduxisset. Adhæc, an non Lutherus in Philippo tolerauit & dissimulauit sententiam *Sacramentariam*? An non docethoc ex Peucero Schlüsselburgius lib. 2. de Calvinistarum Theologia Articulo X. pag. 101. b. p. 102. a. Cui admirationem moueat, si opificium pistorium deserasq; Scholàs & Musas Lutherus Philippo non exprobrauit, quandoquidem tam patiens fuit, ut in eo apertè regnantem *Sacramentarium* spiritum ne verbulo quidem carperet? *Etsi autem optime norat Lutherus*, inquit ex Peucero Schlüsselburgius loco cit. *dissentire à se Melancthanem in hoc certamine (Sacramentario) non dirimit tamen, imò ne labefactauit quidem dissensio benevolentiam inter eos, nec coalitum amorem firmissimum disiunxit, sed perdurauit coniunctio illa usque ad vitæ finem.*

Cum igitur ex silentio Lutheri Försterus Philippum ab omni macula expurgare contendat, dilucidè elucescit, Æthiopem ab illo lauari, (cum Lutherus, iam valde corroborato & propagato suo Euangelio, Alastorem *Sacramenti* perdam longè apertius se prodentem, imò toto capite ex silicèrnio illo promicantem, patientissimè tulerit) nec purgationem Försterianam aliunde, quam ex æstu impotenti erga Wiclephismum, Zvinglianismum, & Calvinismum proficisci. Certo enim constat, *Philippum Sacramentaria hæresi infectum fuisse, atque reuera, omnes Philippi-
stas esse Calvinistas*, inquit Schlüsselburgius loc. cit.

Conclio

CONCLUSIO INDICIORVM
ad verè & seriò Lutheranos Aca-
demicos.

HABETIS, Lutherani Academici, geminam decadem Indiciorum, quibus plusquam verifimile fit, Ioannem Forsterum, Prædicantem Witebergensem, Lutherum & Lutheranam doctrinam in ore; Wiclephum autem, Zvinglium, & Sacramentariam hæresin in pectore conclusam tenere. Ipse quidem ubiq; misera illa sua Panacæa vtitur. *ἔτι ἢ, non ἀπαλῶς, secundum quid, non simpliciter: per accidens, non per se.* vev. g. Vocavi Wiclephum, virum pietatis & sanctimoniz fama celebrem. At *secundum quid; nō simpliciter.* Vocavi Hieromartyrem. At *secundum quid, non simpliciter.* Lutherus appellavit *Academiam Witebergensem stabulum asininum*, quia dixit se, *in stabulo asinino* Doctorem creatum esse. Distinguo, inquit *Sacramentarizans* Forsterus: *Secundum quid, est stabulum asininum.* Concedo. *Absolutè; nego.* Per accidens, est stabulum asininum; concedo; *per se, nego.* Fridericus ergo Elector condidit, fundavit, & dotavit stabulum asininum, non *absolutè, sed secundum quid; non per se, sed per accidens:* Secundum quid est stabulum asininum, quatenus in Academia illa versatur Forsterus, & Forstero similes Asinij Pollionis Nepotes?

At vos, verè & seriò Lutherani Academici, curate, vt Wiclephicus iste Forsterus det pœnas, quas aut Peucerus; aut Pezelius focijque dederunt; Nec pe-
to, vt horum pœnas similes det *simpliciter & per se;* satis erit, si pœnas pendat *secundum quid, & per accidens.*

Con-

Coniiciatur in carcerem, non vt Peucerus, *simpliciter* ; sed *secundum quid*. Arresto coërceatur, non vt Pezelius & socij, *simpliciter*, sed *secundum quid*. Ex Academia Witebergenſi, & ex Saxonia expellatur, non *per ſe*, sed *per accidens*. Deniq; omnia ſecundum diſtinctiones Wiclephici huius Spermologi in poenâ hac infligenda peragantur, & ad ſtabulum aliquod aſininum, quod *per accidens* tale ſit, amandetur; quandoquidem ſuâ Academia, à qua alitur, & titulo Profeſſoris honeſtatur, non pepercit, quo minus illam ab ortu ſuo, uſq; ad Lutheri Apoſtaſiam, *ſtabulum aſininum*, sed *per accidens*, fuiſſe pronunciaret. Digna Bonafio, Burdone, vel ſaltem agafone ſententia.

Est in ſuper, *Academici*, Forſterus iſte magis Pſeudologiæ, quam Theologiæ Profeſſor. Nam vt vnum vel alterum duntaxat mendaciloquentiæ Forſterianæ ſpecimen adducam, in *Homilia* ſua Doctorali pag. 7. mentitur, me dixiſſe, *nullum à Luthero Theologia Doctorem creatum eſſe*. Non ita abſciſſe locutus ſum in Luthero Academico cap. 26. Sed hoc modo: *Doctorem, quem creauerit, nullum prorsus ſcio*. Quod longè aliter tinnit; quam à Luthero *nullum Doctorem factum eſſe*: Nam vel millenos, me neſciente, facere potuit. Si tamen aliquem vel aliquos hoc honore inſigniuifſet; exſtaret, niſi fallor, memoria aliqua in Tomis Lutheri, vel aliorum monumentis.

Quapropter ignoſcite, *Academici*; ſi Wiclephico Forſtero, fidem non habeam, aſſerenti, vt ait, *ex Annalibus Collegij Theologici ſui*, Anno M. D. XLIII. Menſe Februario, iterumque Menſe Iulio Doctorales inaugurationes habitas eſſe, Promotore Luthero. Non credo. Nam I. Currotannis antegreſſis nullus à Luthero

thero creatus Doctor? Deinde, ubi Disputationes, Lutheri præside, *pro Licentia*, de quibus Forsterus? Ubi oratio in ipso inaugurationis Actu dicta? Nil in Tomis orationum Melanchthonis inuenio. Nil in Tomis Latinis aut Germanicis Lutheri. Nihil huius comparet Anno M. D. XLIII. in Tomo 4. Latino Ienens. Nihil in Tom. 8. Germanico Ienens. Nihil in Tomis Witebergicis; nisi fortè *Schemhamphoras*, elegantissimus ille & omnibus gratiis delibutissimus liber in Actu isto, argumenti loco, tractatus fuerit, cum *SchemHamphoras* Anno M. D. XLIII. in publicum prodierit. Reperiuntur quidem Tom. 2. Lat. Witeb. Lutheri duæ disputationes Anno M. D. XLIII. habitæ. At nullum in his de vlla Doctorali promotione verbulum.

Præterea, quæ nomina Candidatorum? Bone Deus; quis Lutheranorum non existimasset, se sidera vertice ferire, si Lutheri manu Doctoralia insignia accepisset? Per omnes Germaniæ angulos tantæ rei admirabilitas disseminata fuisset. Cuncti eiusmodi Candidatos, ceu beatitudinis iam participes, soluta & ligata oratione celebrassent. Denique quis sibi persuadeat Promotiones istas Lutheri auspiciis habitas, futuras fuisse adeo obscuras & ignotas, ut earum nulla planè publicitus memoria existeret, cum quidquid Lutherus non modo dixerat; sed & ructauerat, spuerat, vomuerat, in Analecta à Lutheranis *Lecatoribus*, (Glossarij Isidoriani vocabulo vtor) relatum fuerit.

Non ite inficias Wiclephicus Prædicans, Lutherum à Leone X. & à Carolo V. Imp. de gradu Doctorali deiectum, seu, ut vulgo loquimur, *degradatum*; sed

F ait;

ait; *hoc non esse factum iure*. At opponere se Imperatori, plusquam Lutherana impudentia est; cum Lutherus ob hanc depositionem seu *regradationem*, sese mirum in modum circumspexerit; tanquam insigni in se collato beneficio ob liberationem à *charactere Bestia*, sic enim nominat Doctoratum suum Witebergæ à Carlostadio susceptum; prout copiosè ex ipso Luthero demonstratum est in Luthero Academico cap. 26. Neque Lutherus vnquam de iniuria quasi sibi, quoad hoc, illata, questus est: imò Pontifici & Imperatori gratias egit: Et se posthac Doctoris loco, *Euangelista* titulum, vsurpaturum dixit. Agnoui ergo se Doctoratu Witebergæ accepto exutum ac penitus spoliatum esse. Quanquam postea eundem, cum spiritus iste non nihil de ferbuisset, sua, hoc est, nulla, auctoritate resumpsit: de quo consule Lutherum Academicum.

Ad extremum, meminisse debet Wiclephicus Præco; eum quoque, qui iniustè re quapiam spoliatur, verè spoliatum manere; vt si fur spoliet quem, vestibus aut pecuniis, alter verè spoliatus est. Et si Logodulus iste *Sacramentarizans* de Cathedra Witebergica deturbaretur, & Professoris munere, quamuis præter fas & meritum, priuaretur; haud amplius Professor Cathedraticus foret. Sic nec Lutherus post illam regradationem Doctor fuit, quia amissum Doctoratum, nulla vnquam legitima auctoritate recuperauit.

Nec Forsterus ob viginti allata indicia solum Wiclephismi, quoad Eucharistiæ Sacramentum, sed etiam quoad gradus Academicos, à Wiclepho itidem, contemptos, suspectus redditur; præsertim cum Cathari-

tharinam Zelliam vocet *fœminam pientissimam* quæ in libro contra Rabum nominat Doctoratum et in *Narratione* *rennerck* vehementissimè obiurgans eundem Rabum, quòd Tubingæ Doctoralia insignia, puerilia ista crepundia, & ludicra teretismata capeßere voluerit. Vide Lutherum Academicum cap. 23. Et cum non ita pridem Forsterus Balthasarem Meisnerum, nouellum Fogodulum, Doctorali laurea cingeret; haud iniuria examinari potuisset, an cum Wiclepho Gradus & Honores Academicos tanti faciat; quanti Sacramentum, hoc est, nauci ac nihili. Et forte Forsterus talis Doctor est, qualis Zvvinglius Magister, qui de se in Epistola secunda ad Fabrum Tom. 2. Operum Zvvinglij. *Magistrum me nominas. Quo nomine nunquam de me vsus sum. Sed verum hoc est. Hactenus enim Magister fui, wie Güge ein Xtter reit vff ein Stofkaren in Spital.* In margine additur Germanicè. *Welch melnend er sye vff einer Wiffbar gerit etc.*

De Epimetro Suppetis adiuncto.



SUPPETIS Luthero Academico missis adieci Epimetrum de libris Hæreticis noxiisque prohibendis & abolendis. Quod Dulologo Wiclephico placuisse video. Quare, vt ampliore voluptate perfundatur, nō grauabor referre, q̄ de Serenissimo Rege Britannicæ Iacobo narrat Isaac Casaubonus in Epistola ad Illustrissimum Cardinatem Peronium. Res Conradum Worstium tangit, eiusq; de attributis Dei librū; Tu Forstere, Wiclephice, Worstio hunc tantū honorem à tanto Rege delatum, plenitibiis, vel si maui, tubis, gratulare. Audi nunc Casaubonum.

Cum certio rem per literas Regem fecisset Archiepiscopus Cantuariensis, peruenisse ad manus suas, allatum, nescio unde, è Germania, aut Belgio librum, quo doctrina contineretur de natura DEI, noua, peruersa, & cum antiqua fide Ecclesia Catholica in nonnullis pugnans, rogasset q̄. eius Majestatem, ut ad reprimendum malum recens exortum, veri Defensoris fidei zelum exerens apud Magistratus ditionis illius, ubi auctor libri degebat, intercederet: peteret q̄. ab illis, ne doctrinam adeo ἀνόμοτον in Ecclesias, & scholas suas patrentur introduci, néue hac profana nouitas eius inuentori maneret impunita: Rex literas illas descendenti sibi è rheda post longam uenationem redditas, & librum simul notis, obelis q̄. Antistitis confossum, ut semel accepit, negotium sine mora sibi cognoscendum duxit. Ac licet corpus ipsi è labore & inedia langueret, quod cœperat tamen agere, uno tenore & calore perfecit: neque ab adstantibus proceribus exorari potuit, ut rationem sui ullam prius haberet, quam re tota diuultum q̄. considerata, cum Episcopo Lichfeldensi, aliis q̄. è clero, (Caluiniano) & penitus perspecta, quod suarum erat partium, & pietas iubebat, accuratè prastitisset. Liber damnatus est, exemplaria iussa comburi, cum in Vrbe metropolitum in utraque Academia (quod & postea factum) litera grauisima, ipso Rege dictante, ad Regium legatum eo loci commorantem scripta, ac statim missa, iudicij, quod de noua doctrina Rex & Ecclesia Anglicana fecissent, testes; simul addita mandata de appellandis ea super re Magistratibus. Viderint illi, ad quos eius mali tollendi cura proprie pertinet, quam DEO immortali rationem sua cessationis sint reddituri: si (quod fieri posse non existimamus) neq̄. sponte sua, neq̄. post exemplum tam insigne, veritatis patrocinium, quanto par est studio & ardore susceperint. Rex Iacobus ad primum rici nuntium sic est commotus, ut nefas ingens se admissurum

crederet, si necessitati corporis aliquid prius indulgeret, quam pietatis hoc officio planè esset persunctus.

Hæc de Regio factò Calaubonus, quæ proculdubio grata iucundaq; Forstio acciderunt quamprimû ea vel ex Epistola Casauboni, vel aliunde accepit: nec est illepidum spectaculum, quando Calvinistæ contra Calvinistas arma ferunt; vt nunc fit in Worstiano bello; quod à Leovvardiensibus, aliisque in Frisia & Hollandia, accitis in societatem Anglis, magna contentione contra Worstianos geritur. Impletur nunc denuo illud Isaiaë cap. 19. *Concurrere faciam Aegyptios aduersus Aegyptios, (Caluinistas aduersus Calvinistas) & pugnabit vir contra fratrem suum, & vir contra amicum suum (Leovvardienses & Franeckeriani Calvinistæ aduersus fratres & confederatos suos Leidenses) ciuitas aduersus ciuitatem, (Leovvardia aduersus Leidam) regnum aduersus regnum (Anglia aduersus Hollandiam.)*

Deputatio Lutheri coniugio.

IN Luthero Academico cap. 26. vocaueram Lutheri matrimonium *incestum*. Quæ appellatio Prædicanti commotabile, ansam dedit, vt in sua *Homilia* Doctorali, non tantum de Lutheri Doctoratu; sed & de eiusdem coniugio differeret, vel, vt rem apto vocabulo designem, blateraret ac deliraret; quia candidatum habebat; nouitium Prædicantem, qui eadem die, eademque solennitate & Doctor, & maritus fieri volebat; memor, credo, tritici illius: *Quod potest fieri per pauciora, non debet fieri per plura.* Cuius duplicem inaugurationem, Doctoralem

scilicet & nuptialem, varij Poëtaſtri verſibus celebra-
runt, non quales olim Fauni Satyrique canebant, ſed
quales Sileni aſellus, pabulo benè factus, pangere
conſueuerat, verbis nimirum & ſenſu ſordidos, quo-
rum tam *Promotorem*, quam *Promotum* pudere debe-
ret, niſi pudorem omnem abliguriuiſſent. Cui vn-
quam veræ & orthodoxæ Theologiæ Doctori tale
carmen acclamatum eſt?

*Faxit ut innumeros Doctōr Ductōr q, marita
Sis annos, ſobolem det ſine ſine piam.*

Quid precaris nouo Doctōri, ô *Verſifex*? Num *ſobolem
ſine ſine*? At votum hoc ipſe nouellus Doctōr reſpue-
t, cuius cenſus & prouentus forſan ne finitæ quidem,
ſoboli alendæ ſufficient; nedum infinitæ. An pre-
cariſ *ſobolem piam ſine ſine*? At hoc etiam nimium eſt,
Heroum filij noxa; aiebat ille Prædicans de maleſeria-
to ſuo filio. Satis erit Meiſnero, ſi ſua proles pietatem
finitam adipiſcatur. Infinitam fortaliſ ne creati
quidem à Deo poſſe arbitrat̃.

Vt autem eiufdem diei nouus Doctōr ſimulque
nuptiator, quamprimum *Sobole ſine ſine pia* maſtetur;
alius non ex Olorum, ſed anſerum numero ita vo-
uens perſtrepit.

*Coniugij at q, paret Lucina reponere frugem,
Menſibus exactis, quam dabit illa nouem.*

Mi *Carminator*, exſtant exempla partuum *Septimeſtri-
um*, & *Octimeſtrium*: imò etiã poſt nuptias menſtruo-
rum, *bimeſtrium*, *trimeſtrium*, *quadriſtrium*. An
non maioris beneuolentiæ argumentum fuiſſet, ta-
lem partum Meiſnero optare, quam nouem menſi-
um ſpatio circumſcriptum? Eo citius beabitur ſobo-
le ſi-

le sine sine pia, quo magis patiendi tempus Iuno Lucina in compendium contraxerit.

Vide autem, quam profundas cogitationes ipso solennitatis suæ die in præcordiis suis volutauerit novus iste Prædicantus Doctor.

-----Scandere montem

Nunc tentas, Paphia, sunt ubi castra Dea.

Dem Venusberg zu. Digna sanè mancipio Lutheranæ Logoduliz cogitatio.

Mollior huc accessus erit, sum plenus amoris

Affociata dabit, quem Megaladna comes.

Quin si langueris fessus, tibi mixta loquelis

Oscula blandisonis, Pharmaca grata, feret.

Hac duce, si Veneris montem superabis, ut illic

Autumni in medio germina viua legas.

An frons de rebus humanis periiit, ut Theologo talia accinere, & Theologum talia audire non puderet? Cuius sponsæ, quia *Persona* nomen erat, en quale acumen Prædicans quidam inde captavit.

-----Meisnero hanc personam iunxit amico

Fædere, Persona ut personas gignere possint.

Quæ calamo valeant, atq; ore sonare, tonare,

More sacri Thalami, donec CRAX personet orbi.

Quid in his versibus non est ex stabulo, ex macello, dicam ex hara, & cloaca? verba, sensa, omnia ex oleo. Nil sublime, nil Heliconium spiritum redolens. Omnia circa cunas, circa vagitus, circa basia, circa vbera; circa opera & culmina matris Acidaliæ. Et hoc de Theologo Doctore; & ad Theologum Doctorem? Sed qualis Theologia; tales & Theologi; Venerca, Venerci. Lactucæ labris similes, & labra similia lactucis. Quid multa? Ad Forsterum redeo.

Qui

Qui probat Lutheri coniugium non fuisse incestum. Catharina Borrhaseu Porna Luthero nec consanguinea, nec affinis fuit, ergo nec incestum matrimonium. Probatur consequentia. Quia incestus non est nisi inter consanguineos & affines in certis gradibus. Acutissimè. Lib. 6. Æneidos Misenus exanimis totam incestat funere classem; ergo classis aut consanguinea aut affinis Miseni erat; alioqui haud dici potuisset, incestare classem. Domitianus, teste Suetonio, variè ac seuerè coercuit incesta Virginum vestalium. Ergo quicumque flagitiosam consuetudinem cū Vestalibus habebant ij earundem aut consanguinei, aut affines erant. Inepte præco, an necis incestum, pro impio, nefario, & sacrilego vsurpari? Os tuum sicum Latinis Auctoribus incestum nominem, quid, quæso, significare volo? Sed en pro Luthero argumentum si non cornutum; attamen corneum. Præceptum Apostoli est. 1. Tim. 3. Oportet Episcopum, hoc est, Forstero Interprete, ministrum Ecclesiasticum, vnus vxoris virum seu maritum esse: Et hoc Præceptum est; non consilium; Lutherus ergo rectè ac ordine fecit, cum ducta vxore, præcepto Apostolico satis facere studuit.

Ceterum hic ego non disquiram, num Lutherus Episcopus, seu Minister Ecclesiasticus, an verò omnis Ministerij Ecclesiastici euersor ac conculcator fuerit; nec discutiam, num vero consonet interpretatio, quam iste nobis adducit: Omnibus his omissis, dico si Præceptum est, vt Episcopus seu Minister Ecclesiasticus habeat vxorem, Lutherus ergo per Septennium, & eo amplius, à prima scilicet sua Apostasia vsq; ad annum M. D. XXV. in Præceptum Apostolicum deliquit: Et omnes hodie Prædicantes, quibus vel vxor mortua, vel nulla vnquam ducta, peccant, si non quam-

quamprimum Apostolici præcepti implendi causa. Eam aliquam sibi copulant. Et q̄ grauius est, omnes veteris Ecclesiæ Pontifices & Episcopi, præuaricatores fuere huius præcepti Apostolici, quia vel nunquã duxerunt vxores, vel ductas ex consensu reliquerunt, & coniuge per mortem ad alteram vitam euocata, de nulla re minus, quam de alia ducenda cogitarunt.

Verum enim uero hucusq; prolusit tantum Wiclephicus Prædicans, nunc argumentis pro connubio Lutheri tantum nos non obruit. I. *Melius est uota stulta promissionis non implere, quam crimen committere. Sed uotum castitatis à Luthero emissum stultum fuit.*

II. *Quando non expedit promissum uotum soluere; tum non est soluendum. Luthero non expeditat promissum uotum soluere.*

III. *In malis promissis rescindenda fides: & in turpi uoto mutandum est decretum. Lutheri uotum fuit malum promissum & turpe uotum.*

IV. *Non est implendum, quod incautè promissum est. Nec implenda promissio, quæ scelere adimpletur. Lutheri uotum fuit eiusmodi.*


Omitto similes quisquilias, quas, ut ait, ex iure Canonico coaceruat. In maiore seu ipso axiomatico Juris, nulla est difficultas. Canonum Interpretes prolixè docent, quo quodlibet sensu accipi debeat. Tota controuersia est de subsumpta minore; de qua tamè munienda Logodulus nullam penitus cogitationem suscepit; quasi cum *Maior* uera est, *Minorem* quoq; necessariò ueram esse oporteat. De Zwinglio scripsit Lutherus Epist. ad Lincum Tom. 2. Lat. Epist. p. 374. b. *Nec doceri, nec disputari potest absq; Dialectica, saltè naturali; in qua Zwingel sic est rudis, ut a sino queat comparari.*

Hoc elogium si Forstero cum Zvinglio commu-
 facias, neutri iniuriã facies; sed vtriq; id, q, suum est,
 transcribes: cuius frons tam dura est, vt coniugium
 lege ciuili capitis poena pndiendum, coram legum ci-
 uilium Doctoribus & Professoribus laudare non eru-
 buerit. Lutheri enim sacrilegum matrimonium Iura
 ciuili capitale est. Ex *L. si quis C. de Episcopis & Clericis*.
 Capitalissimum est ex *L. Raptores Virginum* Cod, eo-
 dem. Borrha enim cum octo aliis sodalibus ex Mo-
 nasterio Nimecensi, Luthero annitente & procuran-
 te rapta est; De quo rapto suo publicè funestus Ra-
 ptor gloriatur cum alibi, tum in Epistola ad Spalati-
 num Tom. 2. Lat. Epist. p. 131. a. deq; simili rapto pa-
 lam triumphat Tom. eod. Lat. Epist. ad Stiphelium.
 scribens p. 300. a. Idem sceleratum Matrimonium ca-
 pitale est ex Authentica de Sanctissimis Episcopis *§. si
 quis rapuerit*, Collat. IX.

Idem commentitium matrimonium capitale est
 ex legibus Francicis, prout liquet ex lib. 5. Capit. Frã-
 cicorum cap. 232. Nec Iouianus, Theodosius, Iusti-
 nianus & alij Imperatores alio honorario, quam pec-
 na capitis hoc Lutheri coniugium cohonestassent, si
 tale flagitium in eorum tempora incidisset. Et tamen
 Wiclephicus Prædicans cupit, vt Luthero, subanti
 porco, omnes Imperatores, omnes Leges, omnia iura
 cedant. Cur, nisi quia isti nullos obices, & nulla repa-
 gula libidini suæ obijci patiuntur? Sed iam Wiclephi-
 cus Stentor Wiclephicè valeat, & quo pedes ac-
 auræ ferunt, communi Academicorum
 decreto abeat.

F I N I S.

INDEX



J N D E X.

A.

Academia, & gradus Academici. 28.29
Antilutherani VVitebergenses. 19
Aurifaber, plumbifaber. 37

B.

Balaus Zounglianus & Sacramentarius. 21
Bucerus Sacramentarius Forstero Hieromartyr. 16

C.

Caluinista cōtra Caluinistas. 45
Carlstadius oppugnat imagines & scholas, &c. 30. 32. 33. 34.
Carlstadius sit rusticus. 30. 32. 33.
Carmina Doctoralia & nuptialia inepta. 46
Catharina Zellia Lutherano-Zoungliana. 22
Catharina Zellia Doctoratū

vocat stultitiam. 42.43
Cōradus Schlüsselburgius Lutheranus Superintendens. 5.29
Conradi Vorstij liber à Rege Anglia exustus. 44
S. Cyprianus hieromartyr. 19.

29
S. Cypriani error sine heresi. 19.

F.

Forsterus VVitebergēsis Prædicans qualis. 3
Forsterus VViclephum canonicat 3. & seq. 18. 28.
Forsteri stultia opinio de martyribus. 15
Forsterus Sacramētarij portam pandit. 25
Forsterus etiam faminas Sacramentariæ Doctoriffas constituit. 27
Forsteri distinctio. afinina. 39
Forsterus VViclephista. 42

G 2 For-

I N D E X.

<i>Forsterus nouum Doctorem creat.</i>	<i>Lutherus quid de Sacramentariis.</i>
43.45	4.6.7.28
<i>Fridericus Elektor Academiae VVitebergensis conditor.</i>	<i>Luther. quid de Zvvinglianis.</i>
31.39	5
<i>Fridericus Staphylus.</i>	<i>Lutherus de Zvvinglio & Oecolampadio.</i>
30	13

H.

<i>Hussus Academias cum VViclefo primum damnat, postea defendit.</i>	<i>Lutherus Forsteri calculo damnatus.</i>
29	17
	<i>Lutherus de Schwenckfeldio.</i>
	22

I.

<i>Iacobus Rex Angliae Forstij librum damnat.</i>	<i>Lutheri repentinus ex sua Pathmo reditus.</i>
43.44	39
<i>Illyricus quid de VViclefo.</i>	<i>Lutherus Academiam VVitebergensem stabulum a sininum vocat.</i>
18	39
<i>Incestum, impium & sacrilegum.</i>	<i>Lutherus an alios Doctores creauit.</i>
48	40
<i>Ioannes Forsterus VVitebergensis Pradicans Sacramentarius.</i>	<i>Lutherus a Carolo V. Imp. degradatus.</i>
3.39	41.42
<i>Ioannes Gebrueiler Oecolampadij promotor.</i>	<i>Lutherus de Doctore suo.</i>
24	24.42

K.

<i>Kathari VValdenses impiè de Deo sentiunt.</i>	<i>Lutherus pro Doctore Evangelista.</i>
28	42
	<i>Lutheri matrimonium incestum.</i>
	45

L.

<i>Lutherus de Zvvinglij dialectica.</i>	<i>Luthe-</i>
49.50	

I N D E X.

<i>Lutheri matrimonium iure</i>	<i>Sacramentarij definitio, &</i>
<i>Civili capitalissimum. 50</i>	<i>Principe quodam. 8. 10</i>
N.	<i>Sacramentarij in Saxonia</i>
<i>Nicolaus Plumius Prædicans</i>	<i>proscribuntur. 20</i>
<i>Lutheranus. 8. 10</i>	<i>Saxonici Theologi quid de</i>
	<i>Philippo. 31. 32</i>
O.	<i>Schemhamphoras, Lutheri</i>
<i>Oecolampadius Oecodiabolus.</i>	<i>liber. 42</i>
12	V.
<i>Oecolampadij mors terribi-</i>	<i>Veneris mons pro Theologis</i>
<i>lis. 12</i>	<i>Lutheranis. 47</i>
<i>Oecolampadius Doct̃or crea-</i>	<i>VViclephus in Constantiensi</i>
<i>tus Basileæ. 24</i>	<i>Concilio damnatus. 3. 13</i>
<i>Oecolampadij literæ Docto-</i>	<i>VViclephi articulus, Deum</i>
<i>rales. 25</i>	<i>obedire debere Diabolo. 4.</i>
P.	28
<i>Philippus Melanchthon pri-</i>	<i>VViclephus Sacramentarius.</i>
<i>mò Carlstadius, deinde</i>	<i>4. 18. 28</i>
<i>Sacramentarius. 29. 38</i>	<i>VViclephus à Forstero cano-</i>
<i>Philippus fit pistor. 30. 32. 37.</i>	<i>nizatus. 3. 4. 18. 28</i>
38	<i>VViclephi socij Carlstadius &</i>
<i>Philippista omnes sunt Calui-</i>	<i>Zwinglius. 5</i>
<i>nista. 38</i>	<i>VViclephi mors terribilis. 12</i>
<i>Propheta Cygnai. 35</i>	<i>VViclephus Forstero Hiero-</i>
	<i>martyr. 14</i>
S.	<i>VViclephi cadaver exhuma-</i>
<i>Sacramentarij Luthero qua-</i>	<i>tum & exustum. 16</i>
<i>les. 4. 6. 7</i>	<i>VViclephus Stoicus. 28</i>
	G 3
	<i>VVicle-</i>

I N D E X.

<p><i>V</i>iclephus <i>A</i>cademias & <i>g</i>radus <i>A</i>cademicos <i>d</i>amnat. 28.29</p> <p><i>V</i>iteberga <i>L</i>utheranorum <i>m</i>etropolis. 4</p> <p style="text-align: center;">Z.</p> <p><i>Z</i>winglius in <i>p</i>ugna <i>c</i>asus, &</p>	<p><i>C</i>atholicis <i>m</i>ilitibus <i>c</i>ombustus. 26.29</p> <p><i>Z</i>winglius <i>q</i>ualis <i>M</i>agister. 43</p> <p><i>Z</i>winglius in <i>d</i>ialectica <i>r</i>udis <i>a</i>stinus. 49.50</p> <p><i>Z</i>winglianorū <i>h</i>aresis <i>t</i>urpissima. 5</p>
---	--

F I N I S.

